



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale  
Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue]  
voluminibus edita

**Speciano, Cesare**

**Brixiae, 1603**

De Vita, Et Honestate Clericorvm. Liber Tertius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10553**



# DE VITA, ET HONESTATE CLERICORVM.

Liber Tertius. Tit. Primus.

Formula viuendi clericis traditur, vt operibus exprimant, quæ  
verbis sanctè docuerint. Cap. I.

**P**IE, ac sapienter Sancta Tridentina Synodus, duce spiritu  
Sancto, Ecclesie vtilitati consuluit, cum Episcopis, & reli-  
quo Clericorum ordini, a certas officiorum vias, rationesq;  
prescripsit; quibus intelligerent, se, cum in Dei militiam ad-  
scripti sunt, non ad commoditates, aut voluptates, sed ad la-  
bores, ac sollicitudines vocatos esse; et in ijs numerari, quos  
dedit Deus, quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios  
verò Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consumationem san-  
ctorum, in opus ministerij, in adificationem Corporis Christi. Quare ipsis dili-  
gentissimè prouidendum est, ne à recta viuendi via, & ab officij sui ratio-  
ne deflectant, neve quidquam præ se ferant, quod non simplex, castum, & inte-  
grumq; sit; vt modestiæ, frugalitatis, benignitatis, & quæ nos Deo tantope-  
re cõmendat Sancta humilitatis, & ac virtutum omnium ceteris exempla  
præbeant. Est enim vberissima docendi, ac pascendi ratio eorum, qui pietate,  
quam profitentur, vitæ integritate, & innocentia comprobant; & quæ

a c. Cle-  
ros, &  
Clericos  
21. dist.  
vbi poni-  
tur ety-  
mologia  
nomini  
gradu  
Eccles.  
cum eo-  
rum in-  
terpreta-  
tione.  
Quæ ve-  
ro ad sin-  
gulos or-  
dines of-  
ficia per-  
tineant,  
dilucide

explicat. c. 2. Perlectis, 25. dist. de quibus magna orationis, & doctrinæ vbertate, agit Catech. De Sacr. ord.  
b D. Paul. ad Eph. 4.  
c Tam sancta conscientia resplendeant, vt effugiant probitate actuum, maledicorum obloquia, & testimo-  
nium in se diuinum implere contendant: Quo Dominus ait, sic luceat lumen vestrum coram hominibus,  
vt videntes vestra bona opera, glorificent patrem vestrum. Matth. 5. verba sunt Synodi Atruern. in c. 15.  
tempore Siluestrij Papæ. A. D. 535. in 2. To.  
d Concil. Trid. Sess. 22. c. 1. de reform. & Sess. 25. c. 1. de reform.  
e Concil. Cabilonen. 2. c. 4. 5 & 18. in Tom. 3. omnium Conciliorum.  
f Multi Sacerdotes, & pauci Sacerdotes, multi in nomine, & pauci in opere. Ioannes Chrys. in c. Multi. 40.  
dist. Philipp. 2.  
g Ita viuant, vt eorum vita non refellatur oratio. Cic. de fin. Integritas. n. presidentium salus est subdito-  
rum. c. Miramur. in prin. dist. 61 Concil. Trid. Sess. 6. c. 1. in prin. de reform.

cunque

h Conc.  
Mogunt.  
tempore  
Caroli  
Magni,  
c. 18. To.  
3. utrum-  
que Dei  
seruis ait  
necessa-  
riū esse,  
vt. f. opus  
sermone  
& sermo  
operib⁹  
compro-  
betur, v-  
bi agit d̄  
fictis vir-  
tutibus,  
& veris  
vitijs di-  
scernen-  
dis.

i Sess. 14  
de refor.  
in proce-  
nio.  
k Ad He-  
bra. c. 5.  
l Missa  
celebra-  
re idies,  
vel salte  
audire  
Episco-  
pos de-  
cer. c. vlt.  
de priu.  
i 6. Mau.  
in Man.  
c. 25. nu.  
87.  
m Sess.  
23. c. 14.  
de refor.  
n Vide  
infra de  
pœni. &  
remiss. c.  
23.

cunque verbis alios docent, <sup>h</sup> ea factis exprimunt suis; non iam, quæ sua sunt, querentes, sed quæ Iesu Christi.

Itaque nos, quæ à Sacra Tridentina Synodo sancita sunt, exequentes, i vt diæcesis nostræ mores ad optimam Christianæ Religionis disciplinam conformaremus; Ecclesiasticis hominibus certas recte, pieq; viuendi formulas constituimus; quas partim à Sancta Tridentina Synodo, ac Prouincialibus nostris Concilijs summatim expositas, latius explicauimus; partim haustas ex veterum Canonum fontibus, reuocauimus ad vsum, vtilitatemq; nostrorum hominum; nonnullis etiam additis, quæ maximè ad huius temporis statum, rationemq; pertinere videbantur.

Quando Episcopus Missam celebret. Cap. I I.

**C**VM Pontifices, vt inquit Apostolus, ex hominibus assumpti, <sup>k</sup> pro hominibus constituantur in ijs, quæ sunt ad Deum, <sup>l</sup> vt offerant dona, & sacrificia pro peccatis; Episcopus Dominicis, & reliquis festis diebus, nisi iure impediatur, Missam celebret.

Quando Sacerdotes, item curati, & reliqui Eucharistiam sumant: & aliàs defferantur. Cap. III.

**T** Tridentini etiam Concilij auctoritatem sequuti, <sup>m</sup> precipimus Sacerdotibus reliquis, cuiuscumq; gradus, conditionis, & dignitatis illi sint, vt ijsdem diebus Missam celebrare nè omittant.

Curatis verò; vt prætere a ter in hebdomada, aut ed etiam sæpius, quod, vel loci consuetudo, vel necessitas crebriorem diuini sacrificij vsum postulabit.

Cæteris etiam Clericis, vt singulis mensibus Diaconi quidem, & Subdiaconi bis saltem; <sup>n</sup> qui verò in minoribus ordinibus, aut etiam Clerici tantum sunt, semel sacram Eucharistiam sumant.

Qui sine necessaria causa id facere omiserint, Parochus eos sui officij admo- neat; & nisi paruerint, ad Episcopum deferat. Cum in ijs, quæ ad priuatum vsum, cultumq; requiruntur, eam moderatorem adhibuerint, vt sordes, & superuacaneum sumptum fugerint; omnem operam, & artificij splendorem ad publicum Dei templorum cultum, & ornamentum conferant.

Libri Clericis necessarij. Cap. IIII.

**C**lerici, postquam decimumquartum annum attigerint, vt legem Domini, in cuius sorte sunt, dies noctesq; meditari possint, habeant sacrorum librorum, si non copiam, certè necessarium delectum; omnino verò Testamentum vetus, & nouum, Catechismum Romanum, sacrum Tridentinum Concilium, omnes Prouinciales, & has nostras Constitutiones Diæcesanas, Calendarium festorum dierum; quod singulis annis edendum curabit Episcopus.

Qui, præter prædictos, Parochis pariter sunt necessarij. Cap. V.

**P**arochi verò, vt Ecclesiasticos ritus cognoscere, recteque curam animarum ministrare possint: præter eos libros, quos supradiximus, sibi etiam

compa-

comparent Homiliarium, Summam Syluestrinam, vel Nuarram: hortantur autem, vt in lectione Pastoralis sancti Gregorij, & Sancti Iohannis Chrysostomi de Sacerdotio, assidue versentur.

Ecclesiastici omnes in habitu Clericali incedant: aliàs qua pena plectantur. Cap. VI.

**M**onemus omnes, & quascumque Ecclesiasticas personas, quæ aut sacris initiatae sint, aut dignitates, personatus, officia, beneficiaue qualiacumque Ecclesiastica, etiam simplicia, obtineant; etiam si Studij causa ab sint, & in gymnasijs publicis, aut vbiuis locorum sint; clericalem habitum sumant, ordini suo, ac dignitati congruentem; hac constituta pœna, vt, qui non paruerint, si in sacris ordinibus sunt, ab omni ordinum suorum munere sint suspensi, & beneficiorum suorum omnibus anni vnus fructibus iure ipso priuati sint; quos Episcopus pijs locis, arbitrio suo attribuet: Sin autem beneficium Ecclesiasticum vllum obtinent, alias pœnas luant, Episcopi iudicio.

Concil.  
Trident.  
Sess. 14  
c.6. de re  
form.in-  
cip. Quia  
vero.

Si qui autem post duos menses à die publicationis presentium, habitum vel non suscepisse, vel susceptum abieciße conuicti fuerint; officijs, ac beneficijs Ecclesiasticis priuentur, & seuerè præterea ab Episcopo puniantur.

In Clericali tonsura, coma, barba, habitu, annuloque qualiter se habeant: & cum similibus, etiam Monachorum, ne quis personatus incedat. Cap. VII.

**P**resbyteri, Diaconi, Subdiaconi, ceteriq; Clerici, clericali tonsura sint insigniti; Presbyteri vsque ad formam integræ ostiæ; Diaconi, & Subdiaconi paulò minoris; & ceteri Clerici etiam minoris, quam Subdiaconi.

a Vid.in  
fra eo. c.  
43.

Ita sint abrafo capillo, vt tonsura conspicua sit omnibus.

Comam verò, & barbam ne studiosè nutriant, si illam radere nolunt, prout decentius foret.

b Cõcil.  
Carth. 4.  
Can. 44.  
To. 1. vbi  
additio  
refertur,  
barbã ra-  
dat, ex  
Gandefi.  
lib. 5. Ba-  
nonis.

Barba ab superiore labro ita recidatur, vt pili in sacrificio Missæ, Christi Domini corpus, & sanguinem sumentem non impediunt.

Nè in habitu Clericali, aut studiosus acquisita cultus elegantia, aut nimis abiecta negligentia, & affectata sordes appareant.

Omnem habitus, & ornamenti nouitatem Clerici fugiant.

Reticulum, aut subbirretum, vt vocant, ne ferant, nisi valetudinis causa, & sine redimiculis.

c Quali-  
ter in ha-  
bitu & i-  
cessu, cle-  
ricus se  
habere  
debeat.  
vide in  
c. Cleri-  
cus ex  
Carth. 4.  
Concil.  
lesump.  
41. dist.

Camisas ad collum, & ad manus crispas, & rugosas, vel artificio elaboratas reijciant.

Collare, quod dicunt, simplex, ac modicè latum honestè reclinetur.

Externa vestis simplex, ac talaris erit, quæ neque à ceruicibus in tergum reflectatur, sed apto ad collum modo decentissimè annexa sit.

Toga verò (quod mantelletum vocant) aut æquetur cum tunica longitudine, aut nemini permittatur, nisi sit ex numero illorum, quibus ex dignitatis gradu debeat.

Interior eiusdem generis ad talos demittatur; quam tamen pro hominum genere, proque loci natura, ac conditione, arbitrio suo, Episcopus moderetur. Verum tamen si iter faciendum sit, illis uti liceat habitu contractiore, & ad iter accommodato; sed simplici, & in quo honestas, & decorum ordinis eluceat.

Turgidis caligis, & dissectis abstineant.

Calceos, & crepidas, ad elegantiam, non incidant.

Torques, armillas, ac monilia respuant.

Annulum non induant, nisi quibus propter officij munus, aut honoris gradum sit iure concessus, quo loco, & unico, nec magni pretij, contenti sint.

Meminerint autem in quibusdam, quæ Episcopis permessa, ipsis communia esse possunt, eò maiorem sibi moderationem adhibendam esse, quò dignitatis gradu Episcopis sunt inferiores.

Si quis personatus vestes clericales, aut monachales, vel ad eorum formam induerit; & is qui eas assumpserit, & is qui accommodarit, graues pœnas subeant.

Quando, & quæ arma, ludus, aliæque Clericis interduntur.

Cap. VIII.

Clericorum arma sunt orationes, & lachrymæ; idcirco dicimus, ne Clerici arma cuiusvis generis ad offensionem, vel etiam ad defensionem ferant; exceptis cultellis ad domesticum vitæ usum accommodatis: nisi forte extracivitatem suspectis locis iter eis faciendum sit.

Quod si Episcopus probabili, iustaq; de causa, id eis permittendum iudicauerit; tunc scripto impetrata venia, ipsis uti liceat; non tamen publice, nisi rei, aut facti necessitas postulet.

Omnino balista, hastis, & sclopeto, telis, aliisque huius generis instrumentis, ipsis interdicitur.

Clerici personati non incedent.

Choreas priuatas, aut publicas non agent, nec spectabunt.

A venatione abstinebunt.

Fabulis, comedijs, et hastiludijs, alijsve prophanis, et inanibus spectaculis, non intererunt; ne aures, & oculi sacris officijs addicti, ludicris, & impuriæ actionibus, sermonibusq; distracti polluantur.

Clericalis ordinis hominibus omni genere saltationis, & ludi, praesertim Verò aleæ, & tesserarum, ac talorum interdicitur.

Item follis ludum, id est, pilæ maioris.

Nec solum ludere vetamus, sed eos ludorum spectatores esse nolumus; aut quemquam ludentem in adibus suis permittere.

Si autem valetudinis interdum causa, parua pila, aut alio non indecoro eiusmodi exercitationis genere uti contigerit; nec publicè id faciant, nec pecunia intercedat in ludo, nec quicquam, quod facillè pecunia aestimari possit.

Quibus

Quibus non intersint conuiujs. Cap. IX.

**N**on in commessionibus, & ebrietatibus, sed vt sobriè viuamus, prædicat Apostolus.

Ideo Clerici minus honestis conuiujs, ne intersint, ne ve ad bibendum quemquam incitent.

Quod si interdum solennibus festis diebus, vel cum sacrorum, aut exequiarum causa in vnum congregantur, alioqui sint inuitandi; ne plures duodecim ad suam mensam adhibeant, nisi pro temporis locorum, & personarum ratione aliud iudicauerint: quibus etiam concedimus, vt laicos honestos, & probos, in conuiuium adhiberi possint.

Quando cauponas adire liceat; illæque Clericis qualiter præparandæ. Cap. X.

**V**t flagitij occasionem, quæ in cauponis, & tabernis deesse non solet, clericis adimamus, cauponarum aditum, & usum eis omnino interdiciamus; nisi in itinere necessitatis causa, quo loco cum mulieribus ne discumbant, & hac de causa curabit Episcopus; vt in Ciuitate semper sit certum pudicum, & honestum diuersorium, quo huius diæcesis clericis rusticanis necessitatis causa conuenire liceat; nec in eo hospitio improbis, aut nequam hominibus locus sit; ne ve sæminis vlllo modo; sed tantum Clerici, ac religiosi viri, si fieri possit, in eo recipiantur, aut aliæ honestæ personæ.

Synod.  
Turad. 3.  
sub Leô.  
3 cap. 21.  
Tom. 3.

Quæ negotia sæcularia prohibentur. Cap. XI.

**Q**ui Deo militat, implicare se negotijs sæcularibus prohibetur; idcirco edicimus.

Nè Clericus sacris initiatus, aut Ecclesiastico beneficio præditus, coram iudice seculari, aduocati, aut procuratoris nomine causas agat; nisi ab alijs in iudicium vocatus, suam, vel Ecclesia sua, propinquorum etiam, si necesse erit, & miserabilium personarum causas, ab Episcopo facultate prius scripto concessa, tueatur.

Nè in prophanis negotijs officium tabellionatus exerceat.

Nè artem medendi faciat.

Nè in negotiationibus, & mercaturis se interpretem, & medium interponat.

Negotiationem etiam omnis generis omnino prohibemus.

Artes verd honestas concedimus, vt aliquid manibus suis lucretur, quo sibi, quæ ad victum necessaria sunt, comparare possit.

Nè aliena prædia, lucri causa, conducat.

Nè aliorum tutelam, aut curam suscipiat, sine Episcopi licentia, quæ in casibus necessitatis tantum concedetur.

Nè pro alijs fideiubeat.

Nè alicuius Principis aut alterius negotiorum procurator sit, sine fa-

cultate ab Episcopo prius per literas impetrata.

Neve parum memor ordinis, ac dignitatis suæ, sit in famulatu laicorum, eorumve quibusvis alijs obsequijs; nisi cui ex causa, & ad officium Sacerdotali munere non indignum, Episcopus huius rei potestatem ante scripto fecerit. Huiusmodi autem licentia scripto permisse, quotannis renouentur; alioquin irrita, ac nulla sint.

Neve præcursor, aut a secla fœminarum sit; aut eis discumbentibus assistat, aut ancilletur.

Contrauenientes qua pœna plectendi. Cap. XII.

**Q**vacunque in hac, quæ ad vitam & honestatem Clericorum pertinent, parte continentur; efficiat Episcopus, ut ea omnia ab omnibus, ad quos spectat, diligenter, & inuiolatè seruentur.

Qui Verò Clericus, cuiusvis etiam gradus, ordinis, dignitatis, in aliquare, ijs non obtemperarit; is, aut saluari pœnitentia, aut pecunia, aut suspensione ab ordinum munere, & beneficiorum administratione, aut ipsis etiam beneficijs, aut carcere, aut exilio, aut pluribus simul ex ijs pœnis, aut etiam grauioribus, pro modo culpa, Episcopi arbitrato mulctetur. Qui iterum in eadem re peccarit, duplicata is pœna, pro ratione criminis, ab eodem plectatur.

Soni, cantus, cantorum, musices instrumentorum, pronuntiationisque diuinorum, quæ in Ecclesijs ratio habenda sit.

Cap. XIII.

**I**n diuinis officijs, aut omnino in Ecclesijs, nec prophana cantica, soni vè, nec in sacris canticis molles flexiones, voces magis gutture oppressæ, quam ore expressæ, aut denique lasciuia vlla canendi ratio adhibeatur.

Cantus, & soni graues sint, p̄ ac distincti, & domui Dei, ac diuinis laudibus accommandati; ut simul & verba intelligantur, & ad pietatem auditores excitentur.

Cantores, vbi fieri potest, clerici sint; omnino autem in Choro clericalibus vestibus, & superpelliceo vtantur.

Organo tantùm in Ecclesia locus sit; sed Tibia, Cornua, & reliqua musica instrumenta non excludantur; & si in Hymnis, Psalmis, & canticis, suis vicibus organo cantuq̄, omnes tamen eorum versiculi in Choro distinctè pronuntientur.

Dum in Choro diuina recitantur officia, quæ præstari, & caueri debent. Cap. XIII.

**O**mnes in choro diuina officia, ut temporis ratio postularit, alternis vocibus canant, recitent, & attenteq̄, audiant.

Id non cursim, & non perturbatè, non oscitanter, sed leniter, distinctè, ac studiosè faciant.

In Choro, etiam in matutino officio, clericali birreto, non pileo, vtantur;

alioqui

a Trid. Syn. Sess. 22. in decret. de obser. Vt excitent. in celeb. mis. vers. ab Ecclesijs verò. b In ecclesia, cã rilenas impudicas & alia ad leuitatem, & septã lætitiã inducentia, & de uotione impeditia, cantare, siue i organis, & alijs muscis instrumentis perlo nare, nõ licet Vi guer. c. 7. §. 5. d vir tute tem perãtiã. vers. 12. vbi d̄ Eu tropelia agit vers. & eadẽ ratione. e Cõc. Trident. Sess. 24. c. 12. ver. Præterea obtinentibus, de reform. d De his etiam latius infra de cele. miss. ca. 79.

alioqui moneantur à Præposito chori, vel ab eo, qui proximo loco sedet; Et nisi paruerint, pro absentibus habeantur.

Faceant somnus, risus, ioci, rixæ, colloquia.

Nè vagentur in Choro, vel Ecclesia.

Nè locum mutant; nè occasione quidem genua flectendi.

Nè in Choro, ubi communi officio opera datur, privatim officium dicant.

Nè literas, libros, aliave scripta legant.

Nè exeant, nisi diuino officio confecto; nè causa quidem de communi reagendi; si necessitas non coegerit; tumq; à præfecto venia petita.

Si cum diuina celebrantur officia, Sacerdoti, vel Clerico, vel Ministro, interdum per Ecclesiam necessariò sit incedendum, grauitè, & modestè id faciat: Neque cum vllò sermonem habeat de rebus inanibus.

Qui dignitates, aut personatus habent, Canonici & alij omnes, qui aliquid in his commiserint, si moniti à præposito Chori, non respuerint; & horæ illius distributione careant; et pro modo culpæ alias pœnas dent, Episcopi, aut eius, qui Ecclesia præsit, arbitrati.

Post, anteq; diuina officia, quomodo accedant, & recedant.

Cap. XV.

Post diuinum officium, in Choro, flexis genibus, submissa voce saltem orationem Dominicam dicant.

Tum vel surgente, vel signum dante Hebdomadario, consurgant omnes. Et inter se consalutantes, & ordine procedentes simul exeant, & de more ante altare se inclinent.

Eodemq; ordine ad Sacristiam progrediantur; ubi modestè, & quietè superpellicem exuant; non in Ecclesia.

Qui secus fecerit, monitus à Præfecto Chori, nisi respuerit, distributionem illius horæ nè capiat, & ab Ordinario pro modo culpæ plectatur.

Hospitalitatis officium qualiter seruandum. Cap. XVI.

Sacræ Tridentinæ Synodi decretum secuti, monemus omnes, quicumq; beneficia Ecclesiastica obtinent, vt hospitalitatem benignè exerceant; memores Christum Dominum in hospitibus recipi; à quo recipiuntur ipsi in æterna tabernacula.

Hoc autem hospitalitatis officium èd magis Episcopo colendum est, quodd illi eam virtutem, Apostolus, in primis amplectendam, proposuit.

In hospitalitate autem non his habeatur delectus personarum, vt diuites potissimum inuitentur, qui cum sœnore reddant, quod acceperint; sed, cum Ecclesiasticarum personarum domum nemini, quantum per facultates licuerit, clausam esse deceat; perfectè illis maximè patere debet, qui Dei voce, Sanctorum Patrum cohortationibus, & exemplis, Sacrorum Conciliorum præcepto, & auctoritate nobis commendati sunt.

Seff. 25.  
c. 8. de re  
form.

Ad Tim.  
1. c. 3. itè  
ad Tim.  
c. 1.



Redditus Ecclesiastici quare Deo dicati. Cap. XVII.

**E**T Sacrorum Canonum decretis statutum est, & Sanctissimorum Patrum Testimonijs celebratum, quæ bona fidelium pietas Deo consecrauit, ea vel illorum necessitatibus honestè subleuandis, vel pauperibus, qui diuinis dicati obsequijs, Christi Ministri, & dispensatores ministeriorum Dei effecti essent; vel Ecclesijs reficiendis, earumque ornamentis ad diuinum cultum necessarijs comparandis, vel pauperibus sustentandis, addicta esse; <sup>b</sup> Si quidem, vbi primùm Ecclesiæ bona esse ceperunt; eam naturam, & conditionem consequuta sunt, vt in alium, quàm in sacrum, & pium vsum eorum fructus conuertit nefas esset. Quare ab omnibus cauendum est, nè cupiditate prolapsi, (quæ radix est omnium malorum) dum vel proprijs, vel propinquorum, & familiarium diuitijs, & honoribus student; quæ Deo dicata sunt, bona, & Ecclesiæ detrimento, & pauperum gemitu, & bonorum offensione, ad aliorum vsum conuertant.

a c de re  
dirib. ca.  
cōcesso,  
& seq. 12  
q. 2.  
b Quo-  
rū dican-  
tur, esse  
res, eccle-  
sia, & cle-  
ricorum.  
c. vlti. in  
prin. vbi  
gl. in ver.  
Quicquid  
16. q. 1.  
Quod de  
clarat Ab-  
ba. in ca-  
cum ab  
omni. n.  
6. eod. ti.  
c. Quisq;  
12. q. 2.  
Concil.  
Trident.  
sess. 25.  
c. 1. de re  
form.

Itaq; nos Sacrorum Canonum, & Sanctorum Patrum auctoritate innixi, atq; ijs adducti, quæ sacra Tridentina Synodus de Officio administrandi bonæ Ecclesiastica significauit, eos omnes, qui ea obtinent, vehementer monemus, vt muneris sui memores, hæc, quæ sequuntur, diligentissimè præstent.

Redditus Ecclesiastici qualiter distribuendi. Cap. XVIII.

**E**Piscopus, Abbates, Præpositi, Comendatarij, Parochi, ac ceteri omnes, cuiuscumque dignitatis, & gradus Ecclesias, etiam eorum administrationi commissas, ac quæcumque beneficia Ecclesiastica, etiam simplicia, quomodocumque etiam commendata, in diocesi nostra obtinentes, omnia diligentia cognoscere studeant, quibus oneribus eorum Ecclesiæ, & beneficia, ex bonorum Ecclesiasticorum natura, vel ex illorum, quæ obtinent, propria institutione, vel ex conditione Apostolicis literis in provisione dictorum beneficiorum eis præscripta, vel alia quacumque eius generis ratione subiaceant, illis ve integrè satisfaciant. Quod si facere omiserint, sed eos fructus sibi vendicare, vel ad alios transferre ausi fuerint, vel in quem debent vsum non impenderit; se ex sacris Canonibus, & Sanctorum Patrum sententia, sacrilegij reos esse intelligant; & eorum omnium necessariæ restitutione teneri. Quicumque is sit, si ab Ordinario monitus non satis fecerit, præter restitutionem eorum, quibus pia opera defraudauit, per sex menses administratione bonorum Ecclesiasticorum prohibeat.

Quod si iterum in eo peccarit, grauioribus etiam pænis plectatur.

Quo in genere, tantò etiam grauius animaduertendum erit in eos, qui beneficia Ecclesiastica obtinent commendata, quantò magis ex industria peccasse videbuntur; si literis Apostolicis præscriptam legem propositam anteculos habentes violare non veriti fuerint.

Nouerint etiam ij, ad quos scientes, huiusmodi fructus, vel aliquod ex illis commodum, quouis nomine, peruenerint, se eadem restitutionis lege teneri.

Ii verò, qui Ecclesias, & beneficia Ecclesiastica quæcumque obtinent, quorum fructus, ad eos, tanquam diuinorum obsequiorum ministros, honestè

sustentandos,

sustentandos, proprie sunt attributi; si vberiores sint, quam ad tuendam vitam, conditionisque suae rationem requiratur, dubitare non debent, ad eum finem hanc copiam illis esse attributam, ut praeterea, quae ad victum, & cultum eorum satis essent suppetere etiam, quibus diuini cultus, ornatus, & splendor conseruaretur; & pauperum inopia, & indigentia subleuaretur: quemadmodum etiam Deus plerosque diuitijs cumulat, ut amicos sibi faciant, a quibus, cum defecerint, in aeterna recipiantur tabernacula. Quamobrem per viscera misericordiae Iesu Christi obtestamur, atque monemus, ut meminerint ea bona non esse sibi credita ad luxum, neve ad augendos consanguineos, sed ad vitam honeste, ac decenter pro qualitate personae, ut fidelem Dei ministrum, & pietatis Christianae magistrum decet, traducendum: ex eo vero, quod supererit, si necessaria pauperibus alimenta denegarint, intelligant se, quos non pauerint occidisse.

Quomodo sufficiens ministrorum sustentatio dignoscatur.

Cap. XIX.

Modum autem, & rationem, qua metiri se pro conditione, & gradu unumquemque oporteat, ad vitam suam fructibus Ecclesiasticis honeste ducendam; eam esse omnes debent intelligere, quae ab ijs non discrepet, quae in sacris Canonibus, & praesertim in his nostris Constitutionibus, de Clericali frugalitate, & modestia statuta sunt.

Vestes, & ornamenta pro sacris vrbus prius benedicenda.

Cap. XX.

Quae vestes, & ornamenta cuiusvis generis, ad usum sacrum comparata, Ecclesiae instituto benedici debent; ea in Missae sacrificio, ceterisque diuinis officijs, ne prius adhibeantur, quam solennibus precibus ab Episcopo, vel ab alio, qui auctoritatem habeat, benedicta sint.

Vetustate sacrae paginae semidemolitae igni potius, & non sordidis vrbus deputentur. Cap. XXI.

Libri sacri veteris, & noui testamenti, volumina item Sanctorum Patrum, nostrae fidei interpretum, tum scripta etiam Ecclesiastica, quibus, & res, & verba diuina consignata sunt, etsi temporis vetustate omnino consumpta, ad rerum tamen vilius, ac sordidarum usum, ne villo pacto conuertantur, sed in ignem potius conijciantur.

Quando conuentus Sacerdotum non habendus; & populus, priusquam habeatur, qualiter monendus. Cap. XXII.

VT, quae de Sacerdotalibus conuentibus, in diocesi habendis superius praescripta sunt, ea quo ad eius fieri potest, recte, atque ordine gerantur, haec ei addenda censuimus.

Ne Sacerdotum conuentus festis ijs diebus habeantur, quos coli Eccle-

a Possunt  
tamē pau-  
peres cō-  
sanguine-  
os susten-  
tate. ca. i.  
& ibi no-  
tatur, De  
coha. cie.  
& mulie.  
quib. po-  
tius quā  
extranc-  
is, tene-  
tur, alias  
non, si di-  
uites sūt  
vel vt di-  
uites eos  
faciant,  
gl. in d. c.  
i. in ver.  
submini-  
strent. &  
hic bene-  
dicitur.  
b c. Pa-  
sce, 86. di-  
stinct. ex  
D. Am-  
br. in lib.  
de offic.

si a præcepto institutum est, nec verò illis diebus, quorum præcipua celebritas in locis agitur, vbi is conuentus ijs ipsis diebus futurus esset.

Parochus verò Ecclesiæ, in qua eiusmodi congregatio futura est, die Dominico, qui illam proxime antecedit, eius habendæ tempus populo significet; eumq; hortetur, vt illo ipso die ad Ecclesiam conueniat, tum vt orationum, quæ & pro viuis, & pro mortuis ibi fient, particeps sit, ac indulgentiam dierum quadraginta consequatur, quam concedimus ijs, qui diuinis officijs tunc celebrandis intererunt; tum etiam vt sacram concionem audiat, quæ eo tempore in missæ celebratione habebitur.

Decisiones conuentuum Sacerdotum quomodo describendæ, Episcopoq; mittendæ, & eorum desides deferendi: conuentus ipsi communes, & particularium ipsius Parochiæ qualiter habendi, & adiuuandi.

Cap. XXIII.

**Q**uæ verò quæstionum explicationes singulis mensibus habitæ in ijs ipsis conuentibus erunt, et si quæ præterea quæstiones in illis ipsis disputationibus inciderint, quæ non satis tum explicatæ sint; eas omnes literis consignatas Vicarij Foranei quàm primùm ad Episcopum mittant: eius iudicio illæ, vel explicatæ, vel comprobatæ in Codicè, eius rei nomine confectum, quem Vicarius Foraneus custodiat, referantur. Ex eorum conuentuum progressu, si Vicarij Foranei animaduertent, Sacerdotes quosdã ad doctrinæ studia, in quibus maxime versari debent, desidiam quandã, vel negligentiam adhibere; eos ad Episcopum deferant, cuius auctoritate illorũ culpæ, vt opus erit, occurratur. Vt autem in ijs studiorum exercitationibus vnusquisq; Sacerdos maiores progressus habere possit; in qua Parochia quinque saltem Sacerdotes erunt, eos in singulas hebdomadas bis ad priuatas inter se studiorum disceptationes Parochus conuocet; in quibus, vel aliquã Catechismi Romani lectionem tractent; vel quæstiones aliquas de conscientia casibus explicent; vel harum nostrarum constitutionum, aut diocesane Synodi, quam Episcopus habuerit, partem aliquam studiosè legant. Quod si ei Parochia propè erit aliquod Regularium monasterium, vbi aliquis sit ad sacrarum literarum, Ecclesiasticarumq; rerum explicationem aptior, curet etiam illius opera, atque studio adiuuari.

Ad has priuatas Sacerdotalis studij exercitationes, clericos etiam, qui intra illius Parochiæ fines habitant, adhibeant; vt eos rerum Ecclesiasticarum cognitione instructiores in Ecclesijs habeant.

Quicumq; verò huic priuato conuentui, vel alijs Foraneis Congregationibus interesse recusarit, aurei pœna mulctetur; eumq; Parochus ad Episcopum deferat, qui, quo maximo poterit studio, curet, vt huic decreto optemperetur, propositis etiam pœnis grauioribus.

Mantelletti, & Mantelli vsus quibus concedatur, & interdicator.

Cap. XXIII.

**V**T, quod de Mantelletti vsu aliàs superius decretum est, executionem habeat; decernimus, ne quibus alijs, nisi Abbates, Referendarij, & Protonotarij eo breuiori utantur, quàm tunica talaris interior sit. Ecclesiæ autem nostræ Cathedralis Canonicis, Præpositis item, & alijs Clericis Ecclesiastica, aut doctoratus dignitate præditis, exterioris tunicæ, seu mantelletti vsum concedimus; quod tamen interiorem tunicam talarem longitudine adæquet. Reliquis autem clericis, qui hoc decreto nominatim expressi non sunt, mantelletti, & mantelli vsu interdiciamus.

Quæ à Clericis mulieres, quæ vis doceri sine licentia, & quandoque cani prohibentur. Cap. XXV.

**C**Lerici in eo officio ne se exercent, vt vllas mulieres, etiam quauis dignitate Illustres, doceant legere, scribere ve, aut canere, alio ve cuiusvis generis musico instrumento sonare: nisi ij sint, quibus etate, moribus, & vita probatis, Episcopi iudicio id permissum est, facultate ab eodem scriptis data. Ne libris item de musico cantu obscæne, uel parum pudicè scriptis, illi utantur.

Quale edictum pro habitu clericali sub pœna gestando publicandum sit. Cap. XXVI.

**E**Piscopus edicto publice proposito, vt ex Tridentini Concilij auctoritate à nobis supra mandatum est, eos moneat, qui Ecclesiastica quæuis beneficia obtinent, aut sacris ordinibus inuitati sunt, vt clericalem habitum induant post mensem, propositis pœnis, quæ ipsis Concilijs Tridentino, & Prouincialibus sancitæ sunt; vt, etiam si extra prouinciam, & in gymnasijs publicis sint, clericales uestes ordini suo congruentes decenter induant, ac deferant. Quos autem ad id temporis non sumpsisse, aut semel sumptas, deinde abieçisse cognouerit, illos pœnis in monitione expressis afficiat; eosq; iterum monitos, si in contumacia permanserint, beneficijs Ecclesiasticis, quæ obtinent, omnino priuet. Episcopus verd, qui iam eos beneficia Ecclesiastica obtinentes, semel atq; iterum monuerit, si ij præscripto tempore clericalem habitum non induerint, uel indutum deposuerint, pœnam in monitione edictam, omnino exequatur; eosq; etiam beneficijs Ecclesiasticis priuet, aut priuatos declaret.

Cap. 6.

Quando Clericus superpelliceo indutus incedere nequeat.

Cap. XXVII.

**N**E Sacerdos, ne ve clericus cuiusvis ordinis pro foribus Ecclesiæ stet, aut officinas obeat, aut via incedat, aut extra Ecclesiam exeat, superpelliceo indutus; nisi cum processiones, aut aliud Ecclesiasticum munus, & officium obit, quod superpellicem requirat.

Imaginum obscenitas, & turpitudō qualiter tolenda. Cap. XXVIII.

**I**N hortis, adibus alijsq; Ecclesiarum, aut Ecclesiasticorum hominum locis, si signa imagines, aut picturae sunt, quae procaces, vel villo alio modo, aliquam obscenitatis, turpitudinisve speciem praeserunt; ita reconcinnetur; ut offensionem oculis ne praebere possint; aut tollantur, deleanturq; ex omni loco, ubicumque extant; neque in posterum eiusmodi aliquo modo effingantur, aut pingantur.

Et quoniam Christianorum hominum mentes facile corrumpuntur, peccandi libidine inflammatae, ob rerum turpium, atque obscenarum imagines; ideo illas effingi vetitum est Constantinopolitanae Synodi Canone. Itaque curent omnes Ecclesiasticae personae suis cohortationibus, ut quicumque laici homines id generis imagines habent, vel tabulis, vel parietibus expressas, pro pietatis Christianae, cui addicti esse debent, studio, eas abijciant, vel plane deleant, vel ad honestatem reconcinnet.

Quando extra domos Canonicales non pernoctandum.

Cap. XXIX.

**Q**UI in edibus Canonicalibus habitat, si foris pernoctauerit, non probata causa ab Episcopo, aut ab eo, cui is id curae dederit, unius diei distributione mulsetur, praeter poenam, qua pro culpa ratione, ab ipso Episcopo afficitur: cui decreto ne in ijs locus sit, qui ab urbe, oppido ve, ubi canonicale domicilium est, absunt.

Qualiter Sacerdotibus honor, dilectio, & sustentatio sint procuranda. Cap. XXX.

**Q**UI in Sacerdotio sancto constituti sunt, ad offerendum illud Deo acceptabile Corporis Domini sacrificium, sicut eam functionem gerunt, quae nulla maior excogitari potest; ita in omni sacerdotalis vita officio sic se gerant, ut morum etiam praestantia, et splendore alios alluciant, atq; excitent ad debitum Sacerdotio honorem, illis praestandum.

Episcopus autem, cuius in primis est sacerdotalem dignitatem tueri, ut laici homines discant, illos tanquam parentes, ab ipsis vnicuique in Christo diligere, & coli etiam debere, cum hoc saepe, prout usu venerint, monendos fideles sub commissos etiam suo exemplo curet; tum efficiat, ut ubicumq; vel publico, vel privato loco sint, semper illis a laicalis ordinis viris debitus tribuatur locus, & honor.

Item domi praeterea sua ne patiatur Sacerdotem quemquam abiectionis se gerere, quam Sacerdotis dignitas postulat; quinimo eos honore afficiat.

Sacerdotes vero morbo, senectutisve incommodis affectos, qui Sacerdotale munus praestare nequeunt, inopiaq; premuntur, in locum aliquem cogi curet, aut alio modo eis consulat, & provideat, ubi victus ex fidelium elemosynis, aliave ratione suppeditetur; ne ostiatim miserrime mendicent, non sine sacri ordinis contumelia.

Clericis  
quantus  
honor, a  
laicis ha-  
bendus  
sit, docet  
c. 15. Sy-  
nodi. 2.  
Mariscō.  
in 2. To.  
Cōcilio-  
rum sub  
Pelagio  
P. 2. inci.  
Et quia  
dixerunt  
tamē an-  
tiqui pru-  
denter.  
Mores,  
atque vi-  
tam spe-  
ctari so-  
lere i ho-  
noribus  
habēdis,  
vel non  
habēdis.

Qualiter

Qualiter etiam domi induantur Clerici. Cap. XXXI.

**V**estes, quas domi privatim clericalis ordinis homines induent, eiusmodi sint, ne vlla habitus specie à Clericali modestia discrepent.

Exteriori toga quando induantur. Cap. XXXII.

**C**VM in Ecclesia versantur, quo tempore superpelliceum induere non debent, ne sint sine toga exteriori, praesertim horis, quibus diuina celebrantur, aut populus ad Ecclesiam accedere solet; nec verò absque ea, etiam in diocesanis locis prodeant, nisi cum eos pedibus iter facientes, via difficultas, & longitudo aliter cogit.

Concil. Trident. Sess. 24. c. 12. vet. vestitu i. super. de reform.

Qualiter induiti equitent. Cap. XXXIII.

**S**I quò iter equo faciunt; ne absque viatoria veste exteriori equitent; succincta interiori tunica, aut alia contractiori decenter adhibita.

Quibus superpelliceis vtantur. Cap. XXXIII.

**S**uperpelliceis, cum ministerij vsus postulat, omnes vtantur, quæ non lacestra sint, non sordida.

Quibus proprio superpelliceo opus fit. Cap. XXXV.

**S**inguli autem praeterea, praesertim qui in aliquo minorum saltem ordinum sunt, proprium superpelliceum habeant, quo & in Ecclesia, cui adscripti sunt, & alibi, cum ipsos suis fungi muneribus contigerit, vti possint.

Quibus annuli vsus interdicitur. Cap. XXXVI.

**N**ulli Sacerdoti, Clerico ve anulum, nisi ea dignitate praedito, in qua conferenda ille sibi traditur, gestare liceat.

Supra, c. 7.

Quem sui status decorem Clericus quandoq; infinet.

Cap. XXXVII.

**I**N omni item incessu, statu, gestu, vultu ordinem suum Sacerdos, & Clericus profiteatur, omni clericalis vitæ actione, religiosi animi mores exprimens, qui in Ecclesiastici ordinis hominibus elucere debent.

Clerici ab otio sunt arcendi. Cap. XXXVIII.

**I**llud autem vnusquisque clericus saepe repetat, se non ad inertiam, atque ignauiam, sed ad spiritualis, & Ecclesiastica militiæ labores vocatum esse: Sciatur proterea id in officio suo positum esse, vt cum vel in officijs diuinis ob-eundis, vel in frequentandis Ecclesijs; quod debet, tempus consumpserit; si quid sibi reliquum est, id omne non in rerum secularium colloquijs, prophanisque actionibus, sed in diuinarum literarum studijs, & in caelestium rerum contemplationibus, & sanctis pijsq; officijs traducat. Quare Episcopus, & alij item, qui illius nomine, atque auctoritate, visitationis

Otiū. n. sine literis mors quadam est, & vni hominis sepultura. Sen. lib. 11. c. pi. 83. & lib. 12. c. pist. 83.

munus obibunt, videant; atq; inquirent diligenter, quibus in rebus, consumpserint clerici, atq; si in ijs potissimum, quæ ab illis agi, curariq; debent in Deum cultum, se dediderunt. Quod si clericos aliquos otiosos esse compererint, in ita aliqua ratione, salutaribus eos occupationibus, & Ecclesiastico homine dignis incumbere procurent: ac provideant omnino, nè isti ad salutis discrimen, & aliorum offensionem otio abutantur.

Ad Sacerdotes clerici pro salutaribus diriguntur. Cap. XXXIX.

**O**Mnes præterea, & singulos clericali ordinis homines hoc decreto monitos esse volumus, vt ad eos se crebro conferant, qui in sacerdotio constituti, in spirituali vita & studijs, exercitationibusq; versati, atque eiusmodi sunt, de quorum consilio vitam ad omnes sanctè, religiosèque agendi rationes instituant.

Qualiter consortia peccatorum cauenda; eorum quæ conuersio à sacerdotibus procuranda. Cap. XL.

**A**Billorum autem, qui vitiorum luto volutati, se maleficijs pascunt, familiaritate abstinere, cum eos omnes iubemus, tum præcipue minorum ordinum clericos, qui nondum ætate confirmata sint, neque firmo virtutum robore muniti, procliuus ad vitia prolabuntur. At illud nõ modo prohibemus, sed diuina contestatione obsecramus Ecclesiasticos ordinis homines, eos præsertim, quis in Sacerdotij gradu constituti sunt, qui ve animarum curam gerunt, vt, quos in vitiorum fece versari animaduertent, cautè, & sapienter studeant à peccatis, flagitijsve deterrere, & ad virtutem cohortari, eisdemq; in scelerum gurgite laborantibus opem ferre verbis consilijs, & exemplis, atq; ita quidem, vt dum illos iuuare conantur, nè se familiaritate inquant.

Qui libri Clericis sint vetiti. Cap. XLI.

**N**E Clerici apud se libros habeant, a aut legant, quorum lectione beneficii studium, morum disciplina, & timor, charitasq; Dei languescere possit; quales libri sunt, qui res, vel inanes, vel iocosas, vel scurriles, ridiculasve, vel impuras continent.

Curiositates, ridiculaque nè loquantur. Cap. XLII.

**R**erum nouarum curiositatem fugiant: tum neque ridicula, vnde chichinni, risusq; solutiones existunt, loquantur.

Qualis Clericorum corona esse debeat. Cap. XLIII.

**D**E Tonsura Clericali decretum <sup>b</sup> iam supra confecimus; sed vt pro ordinis, quo quisque initiatus est, magnitudine, rationem illam distinctam conspicue ferat; certam, atque præfinitam illius formam hoc decreto describi placuit: quam omnes ita seruari iubemus, vt neque ea minorem, nec ea etiam maiorem quisquam omnino Episcopo inferior gerat, quacumque dignitate ille præditus sit.

a Prop-  
ter malo-  
rum inci-  
tameta,  
quæ Poe-  
tae audi-  
toribus,  
& lecto-  
ribus præ-  
bent. Pla-  
to Philo-  
sophorū  
summus,  
illos à  
bona ci-  
uitate ar-  
cedos cõ-  
suet, de  
quare vi-  
de Alph.  
à Castr.  
de iusti.  
hæretic.  
pun. li. 3.

Sacer-

Sacerdotalis igitur tonsuræ forma, in orbem ducta, latè, & amplè pateat  
Uncijs quatuor.

Diaconalis uncia vna minor.

Subdiaconalis, aliquanto angustior, quàm Diaconalis.

Minorum, denique ordinum corona lata sit vndique uncijs duabus.

Unciæ autem mensura est ad præscriptum instructionum fabricæ, Ecclesiasticæ.

Vestibus lugubribus nè induantur. Cap. XLIIII.

Clericus, qui amictu Clericali indutus incedit, nè in propinquorum, nè parentum quidem, obitu, vestes lugubres, more laicorum, induat, gestetque; neque verò vestis formam, aut panni genus, quo clerum vniuersum vti moris est, commutet, sed pium erga propinquos mortuos charitatis studiū, officiumque præferat omni alia ratione, quæ cum clericalis ordinis decore, dignitateque omnino conueniat.

Ad synodum, qui Breuiarium suo nomine notandum deferre debeant. Cap. XLV.

Singuli sacerdotum, ceterique clerici, qui cononicarum horarum officium præstare debent; breuiarium, cum ad synodum veniunt, afferant; quod initio notandum sit nomine, & cognomine possidentis.

Quales in itinere ad synodum se habeant. Cap. XLVI.

Idem verò, nè in itinere quidem, quod synodi causa ad Ciuitatem facturi sunt; à clericalis vitæ disciplina, & Sacerdotali morum grauitate, nostris decretis præscripta discedant.

In Ciuitate, ad quàm pro synodo accesserint, modus hospitij, & con-  
signationis suæ. Cap. XLVII.

VBI in Ciuitatem venerint, nè ad Cauponas, sed ad amicorum, si quos habent, præsertim Ecclesiasticos homines, necessitudine, familiaritate, aut aliquo hospitij iure coniunctos, domicilia diuertant; tumque, deinceps statim ad eum se conferant, quem occasione synodalis illius actionis, clericalis hospitij præfectum constituerit Episcopus; ei que chyrographum dent, quo summi que nomen, ac cognomen inscribant, notentque hospitij locum, & hospitem, apud quem diuerterint. Si verò quis neminem certum hominem habet, apud quem diuersetur; primùm eundem præfectum adeat, qui certum Ecclesiastici hospitij locum assignabit.

Quòd synodi progressibus, communi que vtilitati, non autem diuagationibus incumbant. Cap. XLVIII.

CVM porrò clericalis ordinis homines, omni tempore, alios, vitæ exemplo, ad virtutem inflammare debeant; tum maxime, cum synodales orationes habentur, ita se gerant, in verbo, in conuersatione, in charitate, quem-

admodum

col. 4. §. 8  
vbi quæ  
vitandi  
sunt libri  
obscena,  
& turpia  
tractates  
offendit.  
b. c. 7. su  
pr. eod.



Corin. 6.  
in princ.  
Concil.  
Trident.  
Sess. 14.  
c. 1. de re  
form.

admodum *Apostolus* monet, vt cum eos posuerit *Deus* in acquisitione salutis, atq; in ædificationem; officij sui memores ambulent dignè coràm *Deo*, sanctèq; sicut decet ministros mysteriorum *Dei* viuant: Nec verò, vt pleriq; solent, cum in Ciuitate sunt, per plateas uagentur, aut præ curiositate hac, atque illac circumcursent; sed ad causam, obquam conuocati sunt, tota animi cognitione tunc attenti, in eo versentur, vt & *Episcopo* in ea actione, puris castisque precibus auxilium, & sibi, & populis salutarem inde fructum ferant.

Sacerdotes, & clerici quid tempore synodi pium agant. Cap. XLIX.

**Q**ui sacerdotes sunt, singulis diebus, quibus synodalis conuentus habetur, vt iussum est, Missæ sacrificium celebrent; reliqui clerici saltem primo die synodi sacram communionem sumant, idque summo mane; facientes obsecrationes, orationes, gratiarum actiones, postulationes pro sancta Ecclesia *Dei*, pro Summo Pontifice, pro Serenissimo Rege Nostro, pro Principibus Christianis, pro vberissimo synodali, & aliarum pastoralium actionum fructu.

Suspensi à celebratione missæ, quando Eucharistiam sumant.

Cap. L.

**S**acerdotes Missæ celebranda munere suspensi, impeditiue frequenter, & verò præsertim diebus Dominicis, ac festis sacram communionem sumant.

## DE COHABITATIONE CLERICORVM & mulierum. Tit. II.

Cohabitatio clericorum, & mulierum, nisi ex licentia, prohibetur. Cap. I.



**Q**UONIAM non solum malum cauere, verum etiam omnem mali suspicionem fugere oportet; nè in cuiusdam offensionem incurramus; in ædibus ad Canonicorum, aliorumve clericorum domicilium, & vsum ædificatis, aut alijs, in quibus ipsi habitant, fæminas quascumque, etiam quouis sanguinis, cognationis, aut affinitatis vinculo eis coniunctas,

habitare prohibemus; nisi *Episcopus* in alicuius necessitate, aliter faciendum esse duxerit.

Quæ domus laicis per Clericos non locentur. Cap. II.

**N**E Parochi, aut omnino Clerici, quauis etiam dignitate præditi, Ecclesiæ, etiam si commendata sit, ædes, aut eorum partes in Vrbe, aut in oppidis positas, in quibus ipsi habitare soleant, aut debeant, vlllo modo laico locent; nisi Ecclesia magna prematur inopia, & ea domus commodè *Episcopi* iudicio diuidi possit.

ca. Inter  
dixit, 32.  
dist. cap.  
cum om  
nibus. c.  
volum.  
& c. fœ  
minas.  
3r. dist.  
quib. cau  
tis conce  
duntur  
mulieres  
quæ natu  
rali fœde  
re, omnè

si verò

Si verò aedes extra Urbem, & oppida, ruri sitæ sunt, locandi facultatem habeant; modò earum diuisio, eiusmodi Episcopi iudicio, rectè & commodè fieri possit.

Caueat etiam Episcopus, nè in Vrbe, aut extra, huiusmodi aedes, vel alia ab Ecclesia seiuncta, vel etiam si partimonij sint, ac propria, locentur ijs, quofidem, vitam, moresuè suspectos esse indicauerit.

Domus Canonicales à quibus habitandæ, reparandæq; ac vna clauæ etiam earum atrium concludendum. Cap. III.

Canonici Cathedralis, & Collegiarum Ecclesiarum habitent in Canonicis aedibus, in quibus commodè commorari possunt, arbitrio Episcopi; qui inspectis aedibus, si quid reparandum, instituumdumve sit ad habitationis commoditatem, pro modo fructuum præbendæ, ab eo, qui Canonicatum obtinet, reparari, ac restitui iubeat: Quo factò, curet, vt in illis aedibus, habitent; quibus si abesse, etiam iusta de causa contigerit, nemini præterea, nisi Canonici sit, in eis habitandi facultas concedatur sine iussu Episcopi.

Quarum adium atrium, vbi claudi potest, vna clauæ concludatur; quæ à Decano, vel alio, Episcopi, & Capituli arbitratu asseruetur.

Quota autem hora atrij ianua aperiri, claudiue debeat; quidq; ad honestè ibi viuendum, pro loci ratione, requiratur, iudicium sit Episcopi cum Capitulo.

Qualiter domus Parochiales, à rectoribus habitandæ, Ecclesiasticiq; nocte non exeant. Cap. IIII.

Rectores Parochialium, seu Curatarum Ecclesiarum, quicumque sint, in aedibus tantum habitent; ibiq; cibum, & somnum capiant: nisi aliud Episcopus censuerit ex causa necessaria.

Clerici ne de nocte post primam horam, nisi ex iusta causa, & cum lumine, domo exeant.

Monitus, non rescipiscens, clericus pro suspitione etiam fornicationis, qua plectetur pœna; quæ per appellationem non suspendatur. Cap. V.

Si quem cuiusvis ordinis Clericum, Episcopus, concubinam mulieremve eo nomine suspectam habere, aut illius consuetudine, commerciove uti, compererit; in eum pœnis à sacris Canonibus, vel Statutis Ecclesiæ suæ impositis animaduertat: quod si monitus speciali monitione, secundo deliquisse repertus fuerit, tertia pars fructuum, prouentuumque suorum beneficiorum, quæ, ipso factò, priuatus existit, iuxta decretum Sacri Tridentini Concilij, fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi applicetur. Si autem in eodem delicto perseverans, secundæ monitioni non paruerit; omnibus suorum beneficiorum fructibus priuatus, prædictis locis similiter applicandis, ab ipsorum etiam administratione, eiusdem Episcopi

arbitrio

excludit suspitionem, vt potè mater amita, & soror, & tamen hac tēpēstāte, nō videtur ad mittēde, per tex. i. cap. i. ex. eod. titu. cum quo decretū istud cōcordare videtur.

Clerici nē de nocte, post primam horam, nisi ex iusta causa, & cū lumine, domo exeant. infra de cohab. cleric. & mul. c. 4.

Sess. 25. c. 14. de refor.

c. 2. cum  
sequenti  
bus ex.  
cod. tit.

arbitrio suspendatur; & distributiones quoque quotidianas, quas alioquin interessendo diuinis perciperet, amittat. Et si ita suspensus nibilo magis respuerit, in eum Episcopus, pro contumacia pertinacis ratione, culpæ ue gravitate, sententiam priuationis omnium beneficiorum proferat; & indignus, atque inhabilis ad quæcumque beneficia, & officia declaretur; & præter prædictas pœnas, excommunicatione, & alijs ad præscriptum eiusdem Concilij, & pro ipsius Episcopi arbitrio plectatur; Liberum autem erit Episcopo monitiones has facere, tum in visitatione, tum alijs etiam temporibus, inter vnâ, & aliam nominationem tēpus, quod sibi videbitur, interponendo; procedat q̄, ex denuntiatione, vel ex inquisitione, vel ex officio, vel alio quouis modo: & prædictam executionem nulla exemptio, aut appellatio, siue ante, siue post diffinitiuam sententiam, vllò casu suspendat.

Prosequutio prædictorum. Cap. VI.

**H**æc eadem, quæ de concubinato, vel alijs impudiciæ sordibus Clericorum statuta sunt; seruanda erunt etiam, si quis clericus modò cum vna, modò cum alia impudica muliere deliquisse comprehendatur.

Qualiter monendi sunt Clerici, quando in fornicationem prolapsi, in ordinibus sine dispensatione ministrantes, irregularitatem, vel peccatum mortale incurrunt.

Cap. VII.

**Q**uoniam Clerici in fornicationem prolapsi, quorum peccatum eiusmodi verè notorium est, per sententiam, seu per confessionem factam in iure, aut per euidenciam rei, quæ tergiversatione aliqua celari non possit; aliquando tamen ante, & sæpenumero post pœnitentiam actam, ordinis, quo initiati sunt, proprium munus sine dispensatione obeunt; quippè cum fortasse non animaduertant, neque Dei offensionem, neque Canonicum impedimentum, quo ob tale crimen se se deuinciunt; idcirco Clerum cum sæpissimè, omniq̄ studio, periculi huius Episcopus commonefaciat; tum hoc etiam diligenter curet, vt ij ipsi Clerici, vsque adeo manifesta concubinitus, fornicationisve labe contaminati pœnitentiam verè peragant, & ordinis sui munus, à quo suspensi sunt, fungendi, facultatem, dispensationemve ante obtineant, quàm illud ipsi obeant: alioqui meminerint ij, qui in malè agendi consuetudine perseverantes, antequam pœnitentiam præstiterint, & cuiuscumque vel peccati, vel offensionis publicæ occasionem præciderint, ordinis sui functionem, ministeriumve Episcopo inuito executi sint; se præterea irregularitatis maculam, quæ à solo Summo Pontifice deleri potest, suscipere: Si verò præstitam etiam pœnitentiam, & peccati, offensionisq̄ publicæ remotam, præcisaq̄ occasione, id ipsum egerint, nulla saltem impetrata ab Episcopo dispensatione, quæ eam concedere potest, norint se peccato mortali illigari.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS  
in Ecclesia, vel Præbenda. Tit. III.

Fructus propter absentiam deperditi, vbi applicentur. Cap. I.

**I**N inferioribus Curatis beneficijs, si qui abfuerunt sine licentia ab Ordinario, scripto permiffa, quam ad mensem eidem ordinario exhiberi volumus; vel non probarint, se eos fructus, quos pro rata temporis absentia, suos non fecerunt, ijs, quibus ex eiusdem Tridentini Concilij sanctione debebantur, soluisse; eos omnes iam nunc rescindendis, & ornandis eorum Ecclesijs attributos esse decernimus.

Concil.  
Trident.  
Sess. 6. c.  
1. de re-  
form. Et  
Sess. 23.  
c. 1. item  
de refor.

Vt de dictis fructibus satisfiat, cura habenda. Cap. II.

**Q**uod si contigerit eos, qui propter absentiam à suis beneficijs, fructus suos non fecerint, ipsis beneficijs postea cessisse; Curet Episcopus, ut vel ex fructibus pensionum, si quæ illis, qui cesserint, fuerint reseruata, vel ex eorum bonis, cuiuscumque illa generis sint, satisfiat Ecclesiæ.

Edictum pœnale contra non residentes promulgandum, & exequendum. Cap. III.

**Q**uoniam verò aliquorum beneficia curata obtinentium, ea est contumacia, ut neque decretis Tridentini Concilij, neque Episcopi edictis moniti, adduci possint, ut beneficiorum suorum residentia præsentibus satisfaciant; statimus, ut Episcopus iubeat omnes in Ciuitate, vel Diœcesi beneficium eiusmodi in titulum, vel commendam obtinentes, si in prouincia illi sunt, ad duos menses, si extra ad tres, ad eadem beneficia accedere, in ijsq; residere: Ea proposita in edicto pœna, ut qui non paruerint, etiam si præter Curatum illud beneficium, dignitates, personatus, aut dignitates in Ecclesijs etiam Cathedralibus obtineant; præter pœnas, quæ eodem Concilio, & Pij Quarti constitutione contra non residentes propositæ sunt; ordinum suorum munere, officio ve suspensi, & eo beneficio, iure ipso, priuati censeantur.

Transacto tempore in edicto præstituto, Episcopus eos, qui non resident, propositam priuationis pœnam, subisse declaret.

Interim verò, eos fructus, quos suos absentes non facient; ijsdem Episcopi suo arbitrato, aut Ecclesiarum fabricis, aut pauperibus loci adiudicent.

Concil.  
Trident.  
d. cap. 1.  
Sess. 23.  
de refor.

Ex fructibus applicatis congrua tamen portio Vicarij in locum absentis deputandi, extrahatur. Cap. IIII.

**F**ructus verò, & quos ex eodem decreto suos facere non potuerunt, & qui deinceps, quamdiu vacauerit Ecclesia percipientur, fabricæ vel ornamen-

tis co-

Sup. c. 1.  
hoc tit.

tis eorundem beneficiorum, uti magis expedire censuerit Episcopus, à Concilio primo Mediolanensi sunt attributi; excepta tamen congrua portione, idoneis Vicarijs ab Episcopo assignanda; quos ipse facta declaratione, statim in illis Ecclesijs constituere debet.

Qualiter etiam non curati, si residere tenentur, ad id coercendi sint. Cap. V.

**P**raterea, qui Ecclesiastica quæcumque beneficia obtinent, in quibus, & si curata non sunt, tamen residere iure, vel consuetudine debent; si muneri suo defuerint, in eos Episcopus, & illis pœnis, quæ à Sacro Tridentino Concilio statuta sunt, & alijs, arbitrio suo, seuerè agat; fructusque, quibus eodem Concilio multandi erunt, pijs locis attribuantur.

Non residentes, à quibus Episcopo sint denuntiandi. Cap. VI.

**V**t autem Episcopus pœnas de contumacibus in hoc genere possit sumere, statuimus, ut in Cathedrali & singulis collegiatis Ecclesijs, singulis tribus mensibus, tres primi ex capitulo presentes, Canonorum, & eorum, qui Præpositi Ecclesijs, & aliorum, qui in eis, huiusmodi beneficia possidentes, non resideant, nomina ad Episcopum deferant. Parochi verò Episcopum admoneant, si qui intra fines suæ Parochiæ, eiusmodi habentes beneficia, quæ personalem item residentiam requirant, non resideant.

Vicarij etiam Foranei eandem diligentiam adhibeant, si qui Curati, in regione sibi ab Episcopo commissa, non resederint.

Qui huic officio deerit, sicuti Episcopo videbitur, plectatur.

Legitimè recessuri, à quibus nihilominus licentiam petant.

Cap. VII.

Sess. 24.  
c. 12. de  
reforma.  
verf. Præ-  
terea ob-  
tinentib.

**N**e multis Ecclesiæ ministris eodem tempore absentibus, diuinus cultus deferatur; Canonici, & qui præterea Choro, vel Ecclesiæ additi sunt, quo tempore eis, à iure communi, vel à sacro Tridentino Concilio permittitur, est, ut ab Ecclesiâ abesse possint; à Præsentibus Chori, si triduo reuersuri sunt si diutius absituri, ab Ordinario facultatem discedendi petant.

Quando etiam de licentiâ absentibus distributiones concedi nequeant; & quibus assignentur. Cap. VIII.

**N**emini autem ita profit absentis licentiâ, ut eo tempore distributiones quotidianas percipiat.

Nisi etiam constitutione Bonifacij VIII. & Tridentini Concilij auctoritate, decernimus, ut nulla Canonorum, aut aliorum pactio, remissio, vel collusio fiat; facta vim habeat; nullumve statutum, aut consuetudo, quæcumque illa sit, valeat; quibus aut absentis quavis de causa, eius diei, vel sacre horæ, in qua muneri suo defuerit, aut omnino cuiquam, contra quam iure communi, & eiusdem Tridentini Concilij decreto definitum sit, distributiones

quotidiana

quotidiana dari possint. Si duo fuerint, qui acceperit, suas non faciat, sed eas restituat: Quæ iure ipso accrescant alijs inseruientibus, qui huiusmodi pactioni, remissioni, collusioni, vel præbitioni assensu non fuerint; nisi ex constitutionibus Ecclesiæ probatis alteri debeantur: Si verò omnes consenserint, usibus Ecclesiæ iam tunc additæ intelligantur.

Declaramus autem in his excipi eos, qui ob infirmitatem, vel aliam necessitatem aut manifestam Ecclesiæ utilitatem, ex ipsa constitutione Bonifacii, aut sacris Canonibus, vel Tridentina Synodo excusantur.

Qualiter, & in quibus Ecclesijs non adscripti, & adscripti in diuinis rectori deseruiant; & ab eodem quando, & in quibus Episcopo denunciandi. Cap. IX.

**C**uret Episcopus, ut qui Clerici, vel Sacerdotes certæ Ecclesiæ ministerio adscripti non sunt, in Dominicis, festisq; singulis diebus, in Parochiali Ecclesia, in cuius finibus eorum quasq; habitat, vel Ecclesiasticum beneficium obtinet, quod residentiam non requirit, aut in ea, quæ Episcopo videbitur, Rectori operam, atq; adiumentum nauent, ad diuina officia celebranda.

Qui verò certis Ecclesijs adscripti sunt, in ipsis diebus, ad eas conueniant, & in ijs functiones eas præstent, quæ unicuiq; eorum ab Episcopo præscriptæ erunt. Si tamen ijs diebus aliquando ad diuina officia obeunda, ad funerave in alias Ecclesias vocabuntur, eo illos accedere permittat Episcopus.

Rector autem, in cuius Ecclesiam illi conueniunt, tertio quoque mense Episcopo referat, vel literis significet, non solum an huic decreto ab illis obtemperetur; Verumetiam an ea præstentur, quæ illis præscripta sunt; tum de habitu, tum de tonsura clericali, tum de eorum vitæ consuetudine.

Quali licentia causa studij, Episcopo illius loci exhibenda, abesse liceat. Cap. X.

**N**è à Diœcesi Clerico cupiam, neq; ab Ecclesiæ suæ residentia alij Ecclesiasticum beneficium obtinenti, quod quacunque ratione personalis residentia munus iure, vel consuetudine requirat; studij causa abesse liceat; nisi eius rei facultate literis ab Episcopo permiffa.

Quibus sanè literis hæc Episcopus nominatim adiungat; ac præscribat ijs, qui ad locum alienæ diœcesis, studij causa proficiantur.

Ut & regulas de habitus ratione, frequentiq; Sacramentorum usu, Clericis præscriptas, & reliqua nostris constitutionibus decreta, ad honestam Clericalis vitæ disciplinam pertinentia, & alia, si quæ præterea sibi eo in genere illi præscribenda videbuntur, seruet diligenter.

Ut de ijs præscriptis rebus, ab eo præstitis, scriptum testimonium ab Episcopo loci, quo studij causa profectus est; de litterarum autem progressionem ab Doctoribus, quos audit, ad tempus primo nostro Prouinciali Concilio præscriptum, sibi exhibeat.

Ut dimissorias eiusmodi literas decem post diebus, quam ad gymnasiij locum venit, eiusdem loci Episcopo exhibeat; de qua exhibitione ad mensis spatium sibi testatum faciat.

In ijs sic præscriptis rebus, si is, nulla legitima causa impeditus, defuerit, nè dimissoria literæ ei suffragentur, sed irritæ & planè sint, ac nullæ.

Absentes vnde adscripti sunt qualiter puniantur. Cap. X I.

Seff. 23.  
ca. 16. de  
refor.

**C**lericos quoscunque certè Ecclesiæ, pious loco adscriptos; si ab Ecclesiâ, cui adscripti sunt, Clericali statione, sine Episcopi facultate, eaq; literis exarata, discesserint; ordinum suorum munere, ex eiusdem Concilij Tridentini sanctione, Episcopus interdicat.

Tertiz partis fructuum in distributiones redigendæ portio absentibus tollenda, & cui assignanda. Cap. X I I.

Seff. 21.  
cap. 3. de  
refor.

**Q**uibus in Ecclesijs tertia pars fructuum, reddituum ve dignitatibus, personatibus, officijsq; obuenientium, non dum ex Tridentino decreto in distributiones diuisa est; id Episcopus, vbi expedire censuerit, præstet. Diuisione verò facta, quicumque ex Episcopi præscripto, functiones, ministerijq; debitum quolibet statuto die non expleuerit; distributionem illius diei amittat, quæ Tridentini Concilij iussu, fabricæ & Ecclesiæ, aut piorum locorum usus Episcopi arbitratus, attribuatur.

Seff. 21.  
cap. 3. de  
refor.

Quomodo distributionibus provideatur, nè quæ hora Canonica præmittatur. Cap. X I I I.

**Q**uibus etiam in Ecclesijs Cathedrali, vel Collegiatis, quamuis reliquis diuinis officijs congruus quotidianarum distributionum census assignatus sit; aliquibus tamen Canonicis horis, aut cæteris officijs, etiam extraordinarijs, quavis auctoritate institutis, nullæ quotidianæ distributiones adscriptæ, attributæ ve sint, aut si attributæ sint, exiguæ illæ quidem, atque vsque adeo tenues, vt verisimiliter negligantur: in ijs Episcopus vel de communi residentia, distributionumq; quotidianarum censu, si amplius sit, certam portionem arbitrio suo congruam Capituli, ac reliquorum, qui eiusdem census particeps sunt, consensu detrahat; eamq; ipsam statim vnicuiq; ex illis Canonicis horis, officijs ve attribuat, adscribat ve perpetuò: vel omnino ipse auctoritate, & facultate sibi eodem Tridentino Concilio data, quemadmodum etiam à Sancta Sede Apostolica declaratum est, decretum itidem illud Tridentinum exequatur; vt, scilicet, è fructibus, redditibus ve cuiusvis generis, qui dignitatibus, Canonicatibus, personatibus, alijs ve obueniunt, congruam partem, quæ tamen tertiam non excedat, arbitrio suo statuat; quam in quotidianas distributiones conuersam, singulis bis diuinis officijs, horis ve Canonicis, quibus nulla, vel tenuis tributa est; certam distribuendam perpetuò assignet; vt stata ea, congruaq; portione constituta, vel adiuncta, illæ deinceps verisimiliter non negligantur.

Seff. 21.  
cap. 3. de  
refor.

Ad

Ad dignoscendam distributionum sufficientiam, quæ consideranda. Cap. X I I I I.

**I**N distributionum autem tenuitate dignoscenda, ratio semper habeatur, tum Canonorum, tum aliorum omnium, quibus illas percipiendi, si residentes munus suum obeant, ius competit, siue illi modò præsentibus residentibus munus uerè præsentibus, siue absentibus ob legitimam etiam causam, impedimentum uel, residere, ea cessante, deberent, aut possent.

Parochi distributiones deperditæ propter absentiam ab altera ecclesia, ubi etiam diuina obire tenentur, quibus assignandæ. Cap. X V.

**P**arochus uerò, qui Canonatum, dignitatem uel ac simul ecclesiam parochialem legitime obtinens, residentiæ parochialis munus obit; ut literis Pij Quinti Pont. Max. sancitum est; illius, uel dignitatis, uel Canonialis præbendæ fructus, redditus uel, capiat: at tertiæ eius partis ne particeps sit, quæ, eiusdem Tridentinæ sanctionis auctoritate, in distributiones conuersa, sibi absentibus obuenire non potest, nec debet; sed alijs præsentibus, choriq; officijs obeuntibus, accrescat; aut Episcopi arbitrata, fabricæ Ecclesiæ, pijs uel locis attribuat; ad eiusdem Concilij Tridentini præscriptum.

Sub die  
15. Iulij  
1568. Pö  
tif. ann.  
3. in Bul.  
n. 84. fol.  
1021.

Absens à choro, pro missa etiam celebranda, quando eius temporis distributione careat. Cap. X V I.

**Q**uicumque, dum alicuius statæ horæ officium in choro peragitur, missam celebrando, tunc à choro absuerit; illius horæ distributionis, tanquam absens, particeps ne sit; ut à sancta Sede Apostolica declaratum est. Id uerò nisi præ absentia Sacerdotis, qui in Ecclesia tunc missæ sacrificium faciunt, necessitas aliquando inciderit, ut præfectus Canonicum aliquem sacerdotem à choro exire, à statæ horæ officio abesse, missæ celebrandæ causa, iubeat; aut nisi à sede Apostolica aliter concessum fuit.

Perquisitio fienda quotannis absentium ultra trimestre, ut puniantur. Cap. X V I I.

**E**x punctationum libris, annis singulis expletis, iubeat Episcopus ab eo cui ipse id curæ dederit, diligenter rationem inspicere dierum, quibus unusquisque, uel dignitate præditus, uel Canonicus, uel sacrista, uel custos, alius uel Ecclesiæ minister, Chori officijs adstrictus, ad illa non conuenit. Qua permissa, & supplicata etiam ratione, si quem diutius tribus mensibus à choro abfuisse compererit; quamuis in Urbe, oppidoue, in quo Ecclesia est, manserit; illum tanquam absentem, præter distributionis amissionem, fructibus etiam præbendæ, & alijs item pænis, pro contumaciæ grauitate, ex Concilio Tridentini sanctione, contra eos, qui amplius trimestri spatio absuerint, edita, mulctet.



Qualiter, ne beneficia propter incompatibilitatem, vel aliter in diuinis patiantur, Episcopus prouideat.

Cap. X V I I I.

**I**N Capella, Canonicatu, aliove beneficio, etiam simplici, quod quis vnacum alio incompatibili, ex legitima dispensatione iam obtinet, Episcopus, constituit etiam Vicarijs, certaq; fructuum parte attributa, consulat, & prouideat, ut ea beneficia debitis ministerijs, debitoq; cultu, non fraudentur.

Idem efficiat, si eiusmodi beneficijs quis, ob aliud legitimum etiam absentij impedimentum, munera sua non præstet.

Episcopus, quos assilentes sibi in Ecclesia adhibeat.

Cap. X I X.

**E**Piscopus pro ceremoniarum ratione, rituve, cum missæ conuentali, aut diuinis Chori officijs, in basilica Cathedrali, vel in alijs collegiatis Ecclesijs interest; & item cum processiones agit, aliaue eiusmodi; adhibeat sibi assilentes duos de capitulo, qui ei, etiam cum Pontificale officium non celebrat, in omnibus his, alijsq; ætionibus assistentium munera omnia præstent.

Pœnitentiarius absens, dum munus suum exequitur, quando distributiones percipiat. Cap. X X.

**P**œnitentiarius, tanquam in Choro præsens, distributionum participat, quo tempore in audiendis confessionibus uersatur, non eorum solum, qui in casibus Episcopo reservatis, peccarint, sed aliorum etiam quorumcunque.

Ne uerò illas, quasi præsens, capiat, cum mane aliquando, ante statam diuinorum officiorum horam, quo opportunius pœnitentibus satisfaciat, eorum confessiones audit, & quo deinceps tempore illa celebrantur, ipse interea Missæ sacrificium facit, aut priuatim horarium Canonicale officium præstat; etiam si id in fraudem non faciat.

Non assueti residere, neque quauis ex causa à Choro absentes excusantur. Cap. X X I.

**N**eque distributiones item illi, quicunque sint, percipiant, qui infirmitate, necessitate, aut manifesta Ecclesiæ utilitate occupati, impeditive non adsunt in Choro, si antea nullo legitimo impedimento distenti, personale Canonicatus sui munus obire non consueuerant.

Peregrinationis causa absentem non excusat. Cap. X X I I.

**Q**ui peregrinationis causa absunt, ne iure quidem, facultateve statutorum Ecclesiæ, cui personalis residentij operam, ministeriumq; debent, distributionum participes sint. Immo etiam si trium mensium spatio

diuini

*diutius absunt, non propterea excusantur; quominus fructuum præbendæ amissione mulcentur, alijsve pœnis eiusdem Concilij, de diuturniore absentia sancitis.*

Studij causa absentes eius temporis distributiones ne capiant.

Cap. X X I I I.

**Q**ui studiorum causa, quacunque facultate absunt, ne distributiones quotidianas eo ipso absentia tempore, nec verò illam præbendæ suæ partem tertiam in eius generis distributiones, Tridentini decreti auctoritate iam conuersam, capiant.

*Idem de quotidianis distributionibus, eaque tertia parte cautum sit, etiã si à Sede Apostolica facultas absentia ob studia data sit.*

A collatione tertiæ partis fructuum in distributiones iuxta decreta nemo eximitur. Cap. X X I I I I.

**D**ecreta de tertiæ fructuum parte iam confecta ita obseruentur, vt nec qui sacris ordinibus initiati non sunt, nec qui distributiones non capiunt, ab illa præscripta tertiæ parte conferenda, liberi, immunesve sint.

Aestimatio tertiæ partis qualiter facienda, & qui illius sint participes. Cap. X X V.

**T**ertiæ porro partis, quæ in distributiones conuertenda est, fructuum aestimatio sit non veteri taxa, etiã in Codices capitulares relata, sed tanti sit, quanti census, redditusve præbendarum, re uera ualet, deductis primò pensionibus, alijsq; oneribus legitimè impositis, pro ratione temporis, quo durauerint.

*Cuius tertiæ partis percipiendæ ius habeant omnes Canonici, tum qui præbendam obtinent, tum qui sine illa sunt; dum ij statis diebus suum in Ecclesia munus præsentis obierint.*

Debita personalis residentia vt præstetur, Episcopus efficiat; à qua propter lites, requisitosque ordines non susceptos, nemo excusetur. Cap. X X V I.

**P**ersonalis residentia munus, ut re uera per eos præstetur, qui illius generis beneficia Ecclesiastica obtinent, omnem rationem, Canonum iure, Tridentinisq; sanctionibus præscriptam Episcopus ineat. A quo munere non excusetur, neque qui beneficium, Ecclesiamve habet, de cuius titulo adhuc lis, & controuersia pendet; nec verò item, qui nondum sacerdotio, aut eo ordine, quem beneficium illud requirit, initiatus est; nec præterea, qui iusta aliqua causa, impedimento ve detinetur, quominus eo inicietur.

Qualiter fructuum assignatio, vel reservatio, à residentia non excusat. Cap. XXVI.

**N**ec verò à residentia munere liberi sint, qui tertiam partem fructuum, qui sibi ex dignitatibus obueniebant, quas in Ecclesia Cathedrali obtulerunt, in distributiones contulerint. Immo verò ij cetera etiam, quæ Tridentino decreto ipsis præscripta sunt, præstare ab Episcopo cogantur.

Ne ille quidem excusetur, cuius Ecclesia, aut beneficium eiusmodi est, unde omnis, aut certè magna pars fructuum aliquo modo reservata, ad alium peruenit.

Modus in licentijs de non residendo, obseruandus.

Cap. XXVII.

Sess. 6. c.  
2. de re-  
format.  
Et Sess.  
23. ca. 1.  
item de  
reformat.

**N**e Episcopus, propterea quodd sibi liberum, integrumq; est, facultatem permittere, qua liceat, aliquem ab Ecclesia commissa beneficiove personalis residentia abesse; ea potestate, facultateve deinceps, ob cuiusvis generis causam utatur: sed in illa concedenda modum, & rationes adhibeat Concilij Tridentini sanctione præscriptas.

Inimicitia causa qualiter Parochum, nè resideat, excuset.

Cap. XXIX.

**N**e propterea simultatis, odijve solùm causa Parochum ab Ecclesia Parochialis statione locove abesse permittat; ac ne inimiciarum quidem, quæ vel leues, vel fictæ sint, causa, prætexture. Si verò unquam graves illæ erunt, ac ueræ, ortæq; posteaquam Parochialis curæ munus obit; idq; sine culpa Parochi; permittere Episcopus poterit, illum inde abesse, locoq; propinquo, ubi tutò sit, morari eo solùm tempore inimiciarum, non tamen ultra annum, etiam si diuturniores anno sint inimicitia.

In statione Parochiali, ubi Ecclesia est, Parochus habitet; licet minor tantùm hominum pars eo loci maneat.

Cap. XXX.

Sess. 21.  
cap. 4. de  
reformat.

**E**cclēsia Parochialis, si eo loco sita est, ubi minor pars hominum Parochialium habitet, multoq; plures illi sint, qui extra urbis, municipij, locive mania, ubi illa est, domicilium habeant; eo tamen loci Parochus in statione Parochiali maneat, ubi Ecclesia est. Parochialibus uerò, qui longius absunt, Episcopi officio, & auctoritate succurratur, ad Concilij Tridentini præscriptum.

Episcopus, non autem inferior collator, ut Parochi resideant, curandi ius habeat. Cap. XXXI.

**E**piscopi cura sit, iure agere, ut, cui Parochialis Ecclesia, intra diocesis sue fines posita, ab alio inferiore, etiam regulari, qui illius conferendæ ius

habet,

habet, collata est, is in illius statione resideat, personalisq; residentiæ munera præstet. Nec verò id ad illum inferiorem, qui contulit, spectet.

DE PRAEBENDIS, ET DIGNITATIBVS,  
& his, qui eas obtinent. Tit. III.



**U**I dignitates, aut personatus in Ecclesijs obtinent, & Canonici nominis, ac institutionis suæ memores, ea pietate, & assiduitate diuina officia colere debent; ut alij eorum exemplo ad studium, & amorem diuini cultus accendantur.

Adiæi choro qualiter aliàs mulctandi, ibidem deseruire teneantur. Cap. I.



**I**TAQUE auctoritate etiam Tridentini Conc. præcipimus, ut, cum in Choro psallendum est, ipsi quoque quantum honoris gradu ceteris præstant, tantò studiosius, psalmis, hymnis, & canticis vna cum alijs modulantes, Dei laudes concelebrent: cui officio si defuerint, pro absentibus habeantur, & earum horarum, quas earatione non obierint, distributionibus mulctentur.

Sess. 24. cap. 12. verif. omnes vero. de refor.

Hebdomadarius quomodo constituendus; canendiq;ue modus; & in pontificalibus Episcopo assistendum.

Cap. I I.

**C**onstituatur ex Canonicis Sacerdotibus Hebdomadarius, quidiebus infra Statutis Missam & Vesperas canat; cui, octauo die, succedat alius eiusdem ordinis: idq; semper, aut in orbem fiat, aut alio modo pro Ecclesie consuetudine. Is, si suo officio defuerit, trium dierum distributionibus careat; quas Episcopus arbitrio suo, vel ceteris choro operam dantibus, diuidat; vel in locorum piorum usum conferat; tributa tamen aliqua parte canonico, qui collegæ munus expleuerit.

Reliqui Canonici decore cantu antiphonas exordiantur, quas mansionarius d. clarit.

Si celebranti Episcopo, aut alia pontificalia exercenti, diligenter non assisterint, & inseruierint; pœnam subeant, quæ ei videbitur.

d. ca. 12.

Qualiter in ordine suo deseruire debeant. Cap. I I I.

**Q**uibus Canonicatibus, præbendis, dignitatibus, aut personatibus, & officijs adiunctum est munus aliquod presbyterij, Diaconatus, aut Subdiaconatus; qui ea obtinent, si, quemadmodum à Tridentino Concilio præscriptum est, suo officio per se non fungantur; priuentur eius officij distributionibus, in quo muneri suo defuerint; nisi legitime impediti, impetrata

Sess. 22. cap. 4. de ref. & d. c. 12. ver. oēs vero. sess. 24.

licentia ab eo, qui choro præfuerit, vel superiore ordinario, per alios satisfecerint.

Annexio ordinum obseruanda. Cap. IIII.

**Q**uibus canonicatibus, ac portionibus iam fuit annexus ordo presbyteratus, diaconatus, & subdiaconatus, eos Episcopus seruare faciat; quemadmodum à Tridentina synodo præscriptum est.

Qualiter tempore diuinorum, & festis diebus capitula non habeantur. Cap. V.

**C**anonicus, quo tempore diuina officia celebrant, non habeant capitula; nisi forte aliter euidens necessitas postularit. Qui contra fecerint, distributionem ne capiant eius horæ, in qua id commiserint.

Neque etiam diebus festiuis capitula habeantur; nisi probabilis causa interceperit.

Negligentes missas conuentuales iniunctas canere, quando, & qualiter puniendi. Cap. VI.

**E**cclésiastica dignitate, aut Canonicatu præditus, si in Ecclesia, ubi eam, eumve obtinet, missas conuentuales pro ratione ipsius aut dignitatis, aut Canonicatus, ad Episcopi, ex Tridentini Concilij auctoritate, præscriptum, celebrare contempserit, vel neglexerit; non solum tridui distributionibus, ut superiori synodo prouinciali sancitum est, mulctetur; verum etiam ab ordinis sui munere suspendatur, ipsius Episcopi arbitrato.

Quando, & qualiter capitulum spirituale sit habendum. Cap. VII.

**I**n singulas hebdomadas Canonici cuiusuis Ecclesie, capitulum habeant; in quo cum queratur, an decreta de diuinorum officiorum ratione seruentur; an si qui item errores in sacrarum ceremoniarum ritu commissi sint; tum legatur pars aliqua earum rerum, quæ de vita, & honestate clericorum præscriptæ sunt; vel illarum, quæ Catechismo Romano, aut alijs item libris expressè ad Christianæ pietatis doctrinam, vitæq; Ecclesiasticæ disciplinam, & rationem pertinent; tum etiam in alijs spiritualis vitæ exercitationibus ipsi versentur; idq; omne prout Episcopo Capituliue Prefecto visum erit. Quod in Capitulo quidquam aliud, quod ad rerum temporalium curam, ac prouisionem pertinet, prius agatur geraturve, quàm ea tractationis ratio habeatur, quæ tota in rebus spiritualibus posita sit.

Qui congruo tempore suum, vel alienum munus debitum non obierit, vel legitimum impedimentum non denuntiauerit, qualiter puniendus. Cap. VIII.

**V**t primùm quicumq; canonicus hebdomada sua, aliove tempore quo vel suo nomine, vel hebdomadarij vice, ubi legitime per alium potest

obiri munus, aliquod officium præstare debet, in tempore non conuenerit; aut officij sui munus, neque ipse, neque eius nomine, si legitimo impedimento detinetur, alius eius Ecclesiæ Canonicus præstiterit, vel Præfectum de impedimento certiore in tempore non fecerit; aliqua distributionum portione mulctetur, episcopi arbitrato.

Quo decreto astringi etiam eos omnes volumus, qui etiam, si canonici non sint, aliquod in ecclesiâ munus obire debent.

Rixæ tollendæ, contumeliosique, ut plectantur, quando, & à quibus Episcopo sub pœna deferrendi. Cap. IX.

**S**i rixæ, & contumeliæ inter aliquos Canonicos, vel Ecclesiæ ministros, altercationesve oborta sint; eos Præfectus adhibitis, si opus fuerit, alijs duobus, tribusve de capitulo, statim reconciliare studeat.

Quos tamen, & alios item omnes, qui aliquem eiusmodi Ecclesiæ Canonicum, aliumve ministrum, quouismodo, contumeliosis verbis, in capitulo, aut in Ecclesiâ affecerint; idem, & Punctator Episcopalis, aut eorum alter ad Episcopum referat; qui pro culpæ ratione illos, qui deliquerint, plectat, arbitrato suo. Si autem Præfectus, Punctatorve huic referendi officio defuerit; eiusdem etiam arbitrio puniatur.

Qualiter induti in eorum Ecclesijs Canonici, cæteri que, concionibus, & lectionibus intersint. Cap. X.

**C**anonici, & alij item dignitate præditi, ac reliqui præterea, quicumque sint, cuiusvis Ecclesiæ Clerici, cum in sua Ecclesiâ, concionibus, lectionibusve sacris intersunt, superpelliceis, eoq; clericali, canonicali habitu, quem in choro, Canonicarumq; horarum officijs obeundis vestiunt, induti omnino sint.

Iura, quibus beneficia obtinentur, Episcopo exhibenda.

Cap. X I.

**C**apitula verò, & quicumque sint, qui cuiusvis generis dignitates, Canonicatus, aut alia quæcumque beneficia obtinent; literas, diplomata, tabulasve ipsas beneficiorum, quæ quouis, etiam vnionis iure possident; Episcopo etiam priuatim postulanti, sine mora exhibeant.

Simplex etiam beneficium, alio habito, quando ipso iure vacet.

Cap. X I I.

**B**eneficium etiam simplex obtinenti, quod ad vitæ sustentationem satis est, si alterum simplex, aut Ecclesiâ etiam Parochialis, aliavve beneficium cuiusvis generis conferatur; vbi is alterius beneficij, cuiuscumque generis illud sit, possessionem pacificam adeptus est, aut si præeum steterit,

vid. Infra de Instit. c. i. Beneficiu ad honeste, & com-

quomi-

modè vi-  
uendum  
sufficiēs,  
quod cē-  
feti de-  
beat. vid.  
Nauarr.  
in Ench.  
de orat.  
& hor.  
Cano. e.  
22. n. 69.  
& seq.  
a Scil.  
24 c. 17.  
de refor.

quominus duobus mensibus, quos à die, quo alterum collatum est, præstitimus, illam adipiscatur, primum ipso iure vacare censeatur; cui vacanti provideatur, a cum ex Tridentini Concilij sententia unum, & alterum item ab illo simul retineri nullo modo liceat.

Prouisus de sufficiente beneficio, alterius, quod habebat, qualiter fructus ne capiat. Cap. XIII.

**B**eneficij quacumque auctoritate deinceps collati, vnde satis ad victum sumitur, possessionem pacificam quis adeptus; si nulla sibi facultate, dispensatione ve legitime concessa, beneficij prioris, quod obtinebat, censum exegerit; ea pœna illi sit, vt quod exegerit, illius duplum ad Ecclesiam vsu restituat; tum alia ratione etiam multetur, plectatur ve Episcopi arbitratu.

Episcopo etiam extra Cathedralē, à quibus in pontificalibus deseruiendum. Cap. XIII.

**E**piscopo in Vrbe, etiam extra Ecclesiam Cathedralē pontificalia munera obeunti, vtpotè consecranti, vel reconcilianti Ecclesias, cœmeteriave, aut ordines sacros, aut confirmationis Sacramentum, aut Sanctissimam Eucharistiam frequenti populo ministranti, aut alia huiusmodi munera pontificalia exercenti, (cum is iusserit,) assistant, inseruiant, ministrent ve, quicumq; ex ijs, qui dignitates obtinent, & de capitulo, ac reliquo Ecclesie Clero eidem, Episcopalia munera in Ecclesia Cathedrali exercenti, inseruire, assistere, ministrare ve solent, aut debent.

Qui distributione careat, cum decenter indutus in choro non intererit. Cap. XV.

**D**ignitatem obtinenti, & Canonico item, & alij cuicumque chori officijs adstricto, almutiam, superpelliceum, cappam, aut aliud canonicale, aut proprium sui ordinis vestimentum, pro temporis, vel diuini officij, quod obit, vel pro sui in Ecclesia, choro ve muneris ratione, non induto, distributio statè Canonica horæ ne detur, in qua hic, ille ve sine eiusmodi indumento adfuerit.

In numero Canonicorum cooptandi qualiter periculum fiat, & sumantur suffragia. Cap. XVI.

**V**T diuinis officijs obeundis, quoad eius fieri potest, apti, & idonei ministri adscribantur, cum aliqui deinceps in Cathedrali, aut Collegiatis Ecclesijs se in Canonicorum residentium Collegium cooptari, & ad eius distributiones percipiendi admitti petunt, hæc seruentur.

Periculum fiat, an qui se cooptari petit, ad omnia ea rectè in cantus modulatione præstanda idoneus sit, quæ aliquo modo, aut tempore ad eius mu-

nus, par-

Nam gra-  
ue est, in  
exptos,  
diuinis  
obsequijs  
applica-  
re. cap.  
Monaste

mus, partesve pertinere possunt; hocq; pro ratione, & diuersitate præbyteralis, Diaconalis, & inferioris etiam functionis: Id verò fiet in conuentu capitulari, duobus ex capitulo adhibitis, qui primò iurati, se nihil fraudis, in ea re sibi commissa facturos esse, hoc præstent, ut ei, de cuius cooptatione agitur, certos locos, scriptave, quæ cantu enuntient, primùm assignent, tum propius assistendo uideant, num is modulatione, aliove modo erret.

De eodem autem approbando postea agetur, resq; occultis suffragijs permittetur; quibus statim deliberetur, ac decernatur.

Primam dignitatem obtinentis, vt admittatur, quale fiat iudicium. Cap. XVII.

**D**E eo autem, qui in Ecclesia Cathedrali post Episcopum, aut etiam in Collegiatis primam dignitatem obtinet, experimentum periculumve fiat ab Episcopo solùm, eiusve Vicario, adhibito in consilium præfectori Chori, & Canonico uno ex capitulo illius Ecclesiæ; in qua is, de quo agitur, dignitatem habet; & alijs præterea peritis viris, quos aliundè adhiberi Episcopus maluerit. Quibus uerò in Ecclesijs antiqui probatiq; instituti est, de eo etiam à capitulo examen, experimentumve fieri; id huius decreti auctoritate non abrogetur; sed capitulo præscripta supra in Canonicis probandis ratio, in ipso etiam probando seruetur.

Si cooptatio, probatiove ulla fiet, illis supra præscriptis rationibus non seruatis, irrita sit, ac planè nulla.

Examen pro qualitate Ecclesiæ habendum. Cap. XVIII.

**I**N ipso probationis examine, in primis Ecclesiæ magis, minusve insignis, ratio aliqua habeatur.

Et naturalis, & pro modulatione aptitudo, ac scientia, pro diuersitate etiam muneris, qualiter inuestiganda; & semel examinatus iterum examinandus. Cap. XIX.

**N**ON solùm de ea facultate periculum fiat, quæ ab arte, & ab exercitatione profiscatur; sed de ea quoq; , quæ est à natura; uidendumq; , num cuiquam natura alicui impedimento sit, quominus obire munera sua, si non perfectè, at saltem aliquo modo, possit.

Porrò moderatio adhibeatur, vt in ijs quidem modulationum generibus; qui cooptari vult, se ex tempore peritum præbeat, atque exercitatum, quæ in eius officio frequentiora sunt; quæ verò rarius incidunt, præstare quidem aptus sit, se congruo spatio temporis dato, ad eius generis rationem præuidendum.

Præterea, quibus vniuersæ Chori psalmodiæ onus sustinendum est, in ijs mediocrem peritiam, artisq; cognitionem sufficere, existimari non conuenit; cum ijs uerò, quibus id non incumbit; mitius agi debet: In Chori Magistro

perfecta

rijs. 19.  
q. 3. gl. in  
c. officij.  
in ver.  
Incontinen-  
tenti, de  
elect.



perfecta ars, & pericia omnino requiretur; eademq; distinctio, & ratio habenda est de voce, & eiusmodi natura adiuventis.

Si timore, aut aliqua alia perturbatione factum esse, præfectus, supplicatus erit, ut quis minus idoneus visus sit; is nè rejiciatur, sed octo dierum spatium, certa alia dies constituatur, qua rursus periculum fiat; iterum verò id timoris, aut aliud nomen eiusmodi prætendi non possit.

Qualiter ordines sacri annectendi, & annexi sub pœna suscipiendi. Cap. XX.

**Q**uod de ordine sacro annectendo iam pridem decreto Concilij Provincialis primi ex Tridentina Synodo constitutum est; id in executionis usum ita inducatur, ut vel præbyteratus, vel Diaconatus, vel Subdiaconatus non ipsis quidem Canonicis, sed canonicatibus, & portionibus singulis, quæ in Cathedrali Ecclesia sunt, annectatur: nec verò annexio nis decretum locum habeat in illis canonicatibus, præbendisve, quibus in fundatione iam certus ordo annexus est.

a Conc. Trident. Sess. 24. c. 12. de refor. vers. in oibus vero.  
b Cle. vt ij. qui de ætate, & qualitat. c. Conc. Trident. Sess. 22. c. 4. de re for.

Quod autem Canonicorum saltem dimidia pars, a cautum est, ut Sacerdotio, præbyteratuve initiatur; in ea, cum dignitates non censeantur, totidem Canonicatus Sacerdotales constituendi sunt, quot præscriptam illam dimidiam partem saltem consciant.

Ubi primum unicuique vel canonicatui, vel portioni sacer aliquis ordo annexus ab Episcopo est; ad eum b ordinem suscipiendum Canonicus etiam, qui iam illud obtinebat, compellatur.

Si quis autem monitus, non susceperit, priuatus ab illo declaretur, c. ad eiusdem Tridentini Concilij præscriptum.

Nè supernumerarius Canonicus creetur. Cap. XXI.

**S**upernumerarium Canonicum imposterum creari omnino vetamus, ad præscriptum Concilij Quinti Provincialis.

Quæ multæ quibusdam locis nullatenus, sine licentia remittendæ, attribuantur. Cap. XXII.

**Q**UIBUS in decretis multæ, ijs nominatim constitutæ sunt, qui dignitates, aut Canonicatus obtinent, nec certis locis attributæ; vsu sacrifiæ, aut fabricæ illorum Ecclesiæ ab Episcopo attribuantur. Neque verò eas ad alium usum conuerti, neque easdem remitti, nec præterea de ijs ipsis, etiam ab vniuerso capitulo transigi liceat, nisi Episcopi auctoritate.

## DE INSTITUTIONIBVS. Tit. V.

Nè plusquàm duo simplicia beneficia vni conferantur.

## Cap. I.

**Q**UOD Synodi Tridentinae auctoritate, quarto Concilio Provinciali permissum est, simplex beneficium habenti, alterum etiam eiusdem generis, quod personalis residentiae munus non requirit, ob honestam illius vitae sustentationem conferri; id ita locum habeat, vt nè tamen eo praetexta, causave, vitae honestè sustentandae, plura quàm duo beneficia, simplicia, vni, eidemq; conferri liceat, sine consensu permissive sedis Apostolicae.

Qualiter non habenti condiciones requisitas beneficium conferri nequeat. Cap. II.

**S**I capellania etiam simplex, aliudve beneficium etiam iurispatronatus, ex prescripto erectionis foundationisve, aut alterius constitutionis, certum ordinem, aut alias condiciones requirit in eo, de quo vel collationis, vel instructionis, vel alio nomine providendum est illud beneficium; nè Episcopus deinceps, etiam patronorum consensu permittat, concedatve, vt quisquam sine sedis Apostolicae dispensatione illud beneficium assequatur, quòd verè eo ordine non sit initiatus, quamuis etate congrua sit, pro illo ordine suscipiendo, neq; qui alijs conditionibus praeditus non sit, & quas illa vel erectio, vel fundatio, vel constitutio requirit.

Numerus monialium constitutus, qualiter non augendus.

## Cap. III.

**E**X Tridentini Concilij, & sanctae sedis Apostolicae iussu, unicuique Monasterio Monialium numerus iam constitutus inuiolatè obseruetur; neque eum numerum, nisi facta Monasterio annua, quae satis sit, fructuum accessione, augere vllò modo liceat.

## DE CONCESSIONE PRAEBENDAE, vel Ecclesiae non vacantis. Tit. VI.

Qualiter beneficio indebitè anhelantes puniantur. Cap. I.

**Q**UI beneficium Ecclesiasticum vacans multis, a & ambitiosis precibus per se, vel per alios petierit, eo facto ita reddatur indignus, vt per biennium in eum, neq; illud, neque aliud beneficium conferatur. Eandem pœnam illis proponimus, b qui beneficia Ecclesiastica, quae nondum vacant, postularint; praeter eas, quae à Sacris Canonibus huic iniquitati constitutæ sunt.

Nec quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Heb. 5.

b Quia honoris augmentum, non ambitione, sed labore, ad vnumquemque conuenit deuenire, verba sunt tex. in l. contra publicam vtilitatem. C. de re mil. lib. 12. & si laicus notari solet ambitus, si dignitatem appetat secularem, d. l. & l. i. ff. ad l. Juliam de ambitu. multò magis notari eiusdem sole t. qui ambit administrationem diuinorum. c. Miramur. & ibi glo. ita arguit, in princ. dist. 61. & glo. in c. officij. in ver. Incontinenti. de elect.

Sup. tit. p. ximo. cap. 12. Conc. Triden. Sess. 24. de refor. c. 17.

Roeh. de iur. in Tract. de iurepatr. in ver. Honorifici. vers. circa aliud an de necessitate. n. 21. sequitur alias citas auctoritates, ad re, eruditif. D. Borg. Cauale. decis. 63. alias 17. nu. 21. par. 2.

a Ambitio bene repellit, quolibet à dignitatibus. c. in scripturis. 8. q. 1. i. p. i. ibi. Quia sicut loci regimini desideratibus negatus est, ita fugiuntibus est offerendus.

NE SEDE VACANTE ALIQUID  
innouetur. Tit. VII.

Archiuum Episcopale qualiter post mortem Episcopi custo-  
diendum; & de eius ratione reddenda.

Cap. I.



*M* primùm Episcopus mortem obierit, Archiuum Episcopalis  
claves, Notarij publici fide; una capituli Vicario, altera uni  
de capitulo, ad quem uel officij ratione, uel consuetudine perti-  
net, siq̄, nemo talis est, alij antiquiori residenti, tradantur; ab  
eisdemq̄, vna, & item altera aseruetur, quoad alius Episco-  
pus creabitur; cui illas restituant, & rationem de scripturis in inuentario no-  
tatis, c̄ eorumq̄, custodia commissis, eidem reddant.

c Cõcil.  
Trident.  
Sess. 24.  
c. de re-  
form. 16.  
in fine.

Excommunicationis lata sententia contra inuasores bonorum Ec-  
clesiasticorum, Clerico mortuo, etiam quotannis pro-  
mulganda. Cap. II.

*N*onnulli homines ad id temeritatis saepe veniunt, vt Clerici mortui  
bona inuadant; unaq̄, cum ijs illa saepe, quæ etiam Ecclesiæ ministris  
in mortui locum succedentibus debita sunt, & Ecclesiæ item, cui, ab  
in vita ille esset, inseruierat, bona sacrilegè subripiant: quare pœna excom-  
municationis lata sententia vetamus, nè clerici mortui, qui, dum viueret, Ec-  
clesiasticum beneficium obtinebat, bona ad Ecclesiam, eiusve ministros perti-  
nentia, quisquam temerè inuadat, atque auferat.

Hoc autem decretum semel quotannis à Parochis in diœcesi promulgetur.

Quod supra, etiam contra quouis modo exportantes aliqua bona vt-  
supra, nullo confecto inuentario, obseruetur.

Cap. III.

*Q*uod superius, pœna excommunicationis proposita, contra eos sanciu-  
mus, qui Ecclesiastici hominis mortui bona, uel temerè inuadunt, uel  
surripiunt; eo decreto illos item astringi volumus, qui uel nulla inuasionè, aut  
vi facta, ex illius mortui Clericalis hominis ædibus supellestem, rem vè vl-  
lam, seu scripta ad Ecclesiam, cui ille Rector præerat, pertinentia, ante aspor-  
tant, aut euehunt, quàm ab illo, cui id curæ ab Episcopo commissum est, in in-  
dicem relata sunt illius mortui bona mobilia, libri, & scripta, ceteraq̄, eius  
generis, quæ in hereditatem caderent. Hoc itidem decretum, vt illud, quo-  
tannis de more promulgetur.

Vicarius, Sede Episcopali vacante, qualiter eligendus.  
Cap. IIII.

**C**apitulum, Sede Episcopali vacante, Vicarium constituat, confirmet ve, qui omnino iuris Canonici Doctor sit: quòd si huiusmodi vir in collegio, capitulove non extat, alium de capitulo, qui quàm maxime potest, idoneus sit, deligere poterit.

Concil.  
Trident.  
Sess. 24.  
ca. 16. de  
reform.  
sup. cit.

Eidem Vicarium semel electum, mutare ob causam licebit, modò alium octo dierum spatio constituat: alioquin illius eligendi facultas ad Metropolitanum, aut ad eius antiquiorem suffraganeum, sede Metropolitana vacante, pertinebit.

Electione ve in controuersiam, aut in dubium adducta, is electus censetur, qui à capituli maiori parte delectus fuerit.

Semel electi, qui non mutantur. Cap. V.

**N**E verò æconomus, cateriq, officiales semel electi à capitulo mutantur, nisi ea electio etiam viuente Episcopo ad capitulum pertineat.

Locum tenentes à quibus constituendi. Cap. VI.

**V**icario autem, alijs ve officialibus absentibus, substitutorum electio ad Vicarium, non ad capitulum spectet.

Ratio de administratis qualiter, & quibus reddenda.

Cap. VII.

**C**um Vicarius, alijs ve ex officialibus à suo munere amouendus erit, fas sit capitulo Vicarium ipsum, officiales ve ad reddendam rationem administrati muneris compellere, eosq, pro modo culpæ, etiam non expectato nouo Prælato, punire; qui nihilominus eandem administrationis rationem, quam sede uacante reddiderint, exigere possit; atque in eos, quamuis per capitulum absoluti essent, animaduertere, ut iuris erit.

DE III, QUAE FIUNT A PRAELATO  
sine consensu capituli. Tit. VIII.



**Q**UIBUS in actionibus, aut deliberationibus æcumenica Tridentina Synodo, aut Prouincialibus Concilijs constitutum est, de capituli, cleri ve consilio aliquid agendum esse, non propterea tamen illud sequendi necessitatem sibi impositam esse Episcopus existimet, nisi in ijs tantum, de quibus id speciatim, nomi-

DE HIS, QUÆ FIUNT A MAIORI  
parte capituli. Tit. IX.

Aliqui in Synodo Diocesana per clerum externum eligendi,  
qui congregationibus Urbanis intersint.

## Cap. I.

**Q**UÆ contingit interdum, vt clerus Urbanus congregatus, reliquo clero diocesano non adhibito, aliqua decernat, quæ ad clericos vniuersæ diœcesis pertineant, magno nonnunquam absentium damno; idcirco nos communi eorum utilitati consulentes statuimus, vt clerici, qui extra ciuitatem sunt, cum primùm in diœcesanam Synodum conuenerint, aliquos eligant, qui vrbane congregationis deliberationibus, quæ ad vniuersum Clerum spectant, intersint.

Præcipimus etiam clero ciuitatis, vt antequam congregetur, semper eos, qui delecti fuerint, admoneat; vt ad congregationes adesse possint. Si vero non admonuerit, quidquid ibi actum, decretumve sit, externo eius diœcesani clero, detrimento esse non possit.

Oratio in conuentu Clericali præmittatur, & subsequatur.

## Cap. I I.

**I**N omni clericali conuentu, quem vel publicè, vel priuatim Episcopus, aut alij, quibus Ecclesiastici homines habuerint, à statuta illa oratione, quæ de Spiritu sancto dicitur, aut ab alia, ad congregationis vsum accommodata, ille, aut is, qui conuentui præest, initium faciat: neq; conuentus dimittatur, nisi perorata ab eodem altera eiusdem generis oratione.

Capitulum coram Episcopo qualiter habendum; quid pertractandum, & eius occasione obseruandum.

## Cap. I I I.

**Q**UO facilius Episcopus in Ecclesia, sibi commissa, & diuinum cultum augere, & Canonicorum concordiam, mutuamq; charitatem conseruare, & Canonicalem disciplinam tueri possit; singulis mensibus, aut saltem sepe in anno, Canonicali capitulo interesse studeat; vel eo loco, vbi haberi solet, vel alio, quo illud is ad se conuocare maluerit: Conuocet autem cuiusuis rei causa, ob quam expedire iudicauerit. Quo in capitulo aliquando videat, an quæ de diuinorum officiorum cultu præscripta sunt, rectè, vrbano ordine, atque cum dignitate gerantur.

An item, si quæ in capitularium rerum, tum spiritualium, tum temporalium tractatione irrepserint, quibus pastorali sua cura consulendum sit.

An inter Canonicos controuersie sint, an dissidia.

An præscriptæ capitulo leges inuiolate seruentur.

Tum

Tum denique moneat, agatve, quæ, & pro muneris sui officio, & pro rerum agendarum ratione expedire censuerit.

Canonici ad capitulum statis diebus accedant, & alijs item diebus extraordinem ed vocati conveniant omnes; neque cuiquam, illo per Præfectum nõ dimisso, ante discedere liceat, nisi ex causa Præfecto probata, missioneq; ab eodem impetrata. Qui contrafecerit, arbitrio Præfecti mulctetur.

Si quis Canonicus, in capitulo non suo loco, & ordine sedere, sententiamve dicere, aut dicentem alium interpellare auferit: hæc ei multa sit, quam Præfectus ei irrogarit: & præterea ne ius eidem sit, in illo, neque in duobus deinceps sequentibus capitulis, sententiæ dicendæ.

Neque verò cuiquam locus sit, iocose, & scurriliter in capitulo loquendi.

Res capitulares qualiter tractandæ, & deliberandæ.

Cap. IIII.

**C**VM de rebus patrimonij capitularis, de locationibus, de contractibus, de officijs conferendis, ac de alijs item, Præfecti iudicio, gravioribus, in capitulo deliberandum est; earum rerum deliberatio, aut tractatio tum suffragijs occultis permittatur, tum illæ res, quod maturius cõsulentur, in vno capitulo propositæ, in alio deliberentur. Si verò res eiusmodi est, quæ diutius differri non patiatur; triduo saltem ante, capitulum indicatur; singulisq; Canonicis res, & causa significetur, de qua in eo capitulo consultatio, ac deliberatio futura est. Quod si præterea res sit eiusmodi, quæ inflet, atque vrgeat, neque longius villo modo protrahi debeat, ita vt ne triduo quidem consultatio expectanda sit; tunc capituli Præfecto liberum, & integrum sit, breuioris temporis spatio, capitulum conuocare; modò v. supra, vnicuique de capitulo, qui non absit, nuntiari rem iubeat, de qua de liberandum, & consultandum sit.

## DE REBUS ECCLESIAE NON alienandis. Tit. X.

Bonorum Ecclesiasticorum, ac etiam piorum locorum qualiter inventarium fit faciendum. Cap. I.



**E**CCLĒSIARVM res quamplurimæ, aut deslitutæ defensoribus, aut etiam ab ijs, quibus earum procuratio credata erat, proditæ, ita perierunt, vt monumentis, vel interceptis, vl perditis, nulla spes iam relinquendaatur illas in ius suum vindicandi.

Id nè deinceps accidat, neve quisquam, quod in Christi patrimonio negligentior sit, quàm in suo merito repræbendi possit, statuimus;

Extendi-  
tur ad ad-  
ministra-  
tores bo-  
norū Ec-  
clesiæ iu-  
ris etiam  
patrona-  
tus laico-  
rū, qui ab  
ipsis lai-  
cis admi-  
nistran-  
tur, infr.  
de Relig.  
dom. ca.  
16.  
Vid infr.  
de relig.  
dom. ca.  
17.

Ut Capitula tam Cathedralis, quam collegiatarum Ecclesiarum, Hospitalium etiam, ac quorumcumque piorum locorum gubernatores, seu administratores, & alij quicumque, qui beneficia Ecclesiastica quæcumque cum cura, vel sine cura, quocumque nomine nuncupentur, etiam commendata, nunc obtinent, ab huius decreti promulgatione; & in futurum quomodocumque obtinuerint, ab adeptæ possessionis die; quisque intra spatium sex mensium, omnium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium, iurium, actionum, annuorum censuum, siue reddituum, nominumve debitorum, & aliorum quorumcumque; ad eorum Ecclesias, vel eorum administrationi commissas, monasteria, vel beneficia, eorumve mensas quocumque; iure pertinentium, rationem diligentissimè conquirendam, & eorum omnium inventarium, in quo locorum etiam fines, conditionesque omnes sigillatim describantur, per publicum notarium diligenter conscribendum, curent.

Capitulum quidem coram Episcopo, aut alijs præfectis ab eo; alij vero coram fide dignis testibus.

Exempla ex inventarijs qualiter in Archivijs quamprimùm, etiam ubi non extant, instituendis asseruanda.

Cap. I I.

**E**X eo inventario exemplum, Notarij publici auctoritate, ad certam eorum fidem munitum, conscribatur; quod Episcopus, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis in Archiuijo, quod utrisque commune sit, asseruent. Præfetti vero, & capitula Ecclesiarum, quæ collegiata sunt, alterum exemplum in communi eorum archiuijo retineant; alterum in archiuijo Cathedralis Ecclesiæ, intra cuius fines sunt, asseruandum tradant.

At vero in quibus Ecclesijs Collegiatis archiuium eiusmodi non sit, instituaturs quamprimùm.

Prosequutio prædictorum. Cap. III.

**C**ÆTERI autem singuli, qui beneficia quæcumque Ecclesiastica, quouis titulo obtinent, exemplis item duobus eodem modo conscribent, unum in Ecclesia sua diligenter custodiant; alterum ad Cathedralis Ecclesiam perpetuò conseruandum mittant: unde, si usus postulabit, exemplum sumere eis liceat gratis.

Qualiter Archiuija occludenda, & in visitatione bona inventarijs conferenda, & deperdita recuperanda.

Cap. I I I I.

**A**RCHIVIA singula duabus clauibus occludantur. In Ecclesia Cathedrali, earum unam Episcopus, alteram Capitulum custodiat; in collegiatis, alteram Præfetus, alteram Capitulum seruet.

Præterea

Præterea in visitationibus, eiusmodi inuentaria Episcopus, siue visitatores secum adferant; & cum ijs, quæ seruant ijs, qui visitandi sunt, sigillatim conferant: perspiciantq; diligenter, nè quid eorum, quæ ibi descripta fuerint, desit, quod Ecclesiæ, vel minimo detrimento esse possit; & si quæ fortè deerunt, Ecclesiæ restitui, omniaq; eius damna sarciri studeant. Ipsa quoq; inuentaria, si eis videbitur, renouari iubeant, præsertim rerum mobilium. Et vtique quæcumque accessio, vel immutatio facta sit, ea quotannis in inuentaria referatur.

Qui in his, uel negligentia, uel contumacia, uel fraude peccauerit, Episcopi arbitrio pœnas dabit.

Bonorum Ecclesiasticorum caducitas qualiter laicis non remittatur; feudatarijque ad quid teneantur.

Cap. V.

**S**I quæ laicis concessa Ecclesiarum bona, aliquo modo caduca facta sint; caueant quicumq; beneficia Ecclesiastica obtinent, nè pœnas caducitatis remittant; nisi seruatis ijs, quæ in hoc genere, iura præscribunt: si secus fecerint, Episcopi arbitrio puniantur.

Qui bona Ecclesiæ Feudi nomine obtinent, à successoribus in ea inuestituram intra tempus à iure præstitutum, renouandam curent; soluto etiam, quidquid soluendum erit nomine annatæ; eisdemq; fidelitatis iusurandum dabunt solitum.

Pari etiam ratione heredes eorum, & inuestituram postulent, & soluant, & iurent ijs, qui Ecclesiæ præferunt, sicut hætenus factum fuerit.

Qui id facere omiserint, constitutas legibus pœnas pendant.

Renouationes feudorum ab Archidiacono præcipuè, qualiter procurandæ. Cap. VI.

**N**E autem res Ecclesiæ cum alijs confundantur; mandamus, vt feudatarij omnes in eiusmodi renouationibus, omnia bona, eorumq; fines sigillatim, & nominatim publico instrumento describant.

Hanc verò curam præcipuam Archidiaconi esse volumus, ut illos cogat hæc omnia exequi, propositis pœnis, arbitrato suo.

Locatio etiam bonorum Ecclesiasticorum cum propinquis, qualiter non contrahenda. Cap. VII.

**N**Emini beneficiorum Ecclesiasticorum bona propinquis suis intra tertium gradum in emphyteosim, aut ad cuiusuis temporis spatium, etiam per suppositas personas locare liceat; nisi euident, & magna Ecclesiæ utilitas, iudicio Episcopi, præter alia iuris requisita, aliud postulare videatur. Si aliter factum fuerit, nulla sit locatio, & qui locarit, ab ordinario puniatur.



Pretia fructuum Ecclesiasticorum, nè priusquam à solo separentur, debeantur. Cap. VIII.

**N**olumus cedentibus, aut decedentibus ijs, qui Ecclesiastica obtinent beneficia, illorum fructibus fraudari successores; aut saltem eorum recuperationem litibus, & controuersijs difficilem reddi: quare fit, vt interim Ecclesia debitis muneribus, & officijs destituatur.

Idcirco sancimus, nè Ecclesiarum rectores, aut quicumq; beneficia Ecclesiastica quomodolibet obtinentes, sine Ordinarij licentia scripto permessa, pendentes beneficiorum fructus quouis pretextu, vel causa alienent: nisi venditionis, vel locationis nomine; & tunc dilata in utrumque tempus pretij, vel mercedis solutione, quo fructus erunt à solo separati.

Quod si secus factum fuerit, contractus irritus sit, & nullus; & qui fecerit, arbitrio Ordinarij, pœna afficiatur; quam etiam sustineat is, qui eo in suam rem uti voluerit.

Bona Ecclesiastica illegitimè alienata, qualiter cum fructibus restituenda. Cap. IX.

**S**i Canonorum, aliorumve Ecclesiasticorum hominum Collegium, aut Moniales, aut alij quouis homines, nulla legitima superioris auctoritate bona Ecclesiastica permutarunt, vel alio quouis pacto alienarunt; aut in posterum id committent; cogat Episcopus, tum eos, qui alienarunt contra illum agere, qui talia bona detinet, vt ea restituat; tum de inuentem completat, vt ipsa, vnà reddat cum fructibus non iure perceptis. Quicumque hac re sibi non obtemperarint, eos anathemate feriat, aut interdicit; ex Canonumq; sanctione, alijs præterea penis afficiat; ac permutationem item eam, aliamve quamcumq; alienationem irritam, planeq; nullam declaret.

Alienatorum vbi accedat superioris auctoritas, priusquam intercesserit, nè tradatur possessio, aliter puniuntur. Cap. X.

**B**onorum Ecclesiasticorum alienatio, ea lege confecta, vt superioris auctoritate muniatur; si is, cui alienata sunt, antequam contracta alienationi eiusmodi auctoritas accesserit, in eorum possessionem ingressus est; irrita, & nulla ab Episcopo declaretur; & qui ea possidet, à possessione statim amoueat; & qui præterea alienauerit, ex Canonum sanctione puniatur.

Bona etsi ad Ecclesiam reuersa, qualiter non alienanda.

Cap. XI.

**E**ccelesiastica bona, quouis nomine alienata, quacumque ratione ad Ecclesiam redierint, etiam si reliquis Ecclesiæ bonis incorporata non sint; nè tamen amplius ad longum tempus locentur, ne re quouis nomine alienentur, nisi illud verè tunc Ecclesiæ vilitati, aut necessitati sit; ac nisi prout iuris fuerit.

Receptio-

Receptionis censuum ecclesiasticorum confessio qualiter per instrumentum asseruandum fiat. Cap. XII.

**V**T bonorum Ecclesiasticorum, quæ vel in emphyteusim tradita, vel ad longum tempus, alio quouis nomine data sunt, memoria, quoad eius fieri potest, conseruetur; Ecclesiasticus quiuis homo, cui aliquid in singulos annos, eo quouis nomine soluitur; cum primùm id exiget, Notarium adhibeat, à quo instrumenti fide testatum fiat, quidquid ab eo, qui soluere debet, ille acceperit; & cuius fundi, vel vineæ, vel prati, vel adium, aliarumve rerum Ecclesiasticarum nomine exegerit: id quod nisi, qui ea Ecclesiastica bona conductionis nomine nunc possidet, illum tamquam directum illorum bonorum dominum, Notarij publici fide, recognouerit, eadem diligenti, vt supra, descriptione prædiorum adhibita. Quod si quis Clericus, cuius hoc interest, in huius rei cautione adhibenda negligens erit, dimidia parte fructuum vnus anni multetur, quos ex eo beneficio consequeretur.

Quæ autem huius rei causa, vel confessiones, vel recognitiones, instrumenti fide conscribentur; earum exemplum ille clericus, ad quem spectat, spatim mensis, Episcopo tradat, in Archivio asseruandum.

Patrocinatores pro bonorum Ecclesiasticorum recuperatione, quare, & qua mercede perpetuò habendi. Quæ item pœna malitiosè iura Ecclesiastica occultantium.

Cap. XIII.

**E**Piscopus Procuratorem, Aduocatumque constituere omni ratione curet, perpetuoque retinere, qui in bonorum, iuriumque Ecclesiasticorum recuperationem incumbat; vt illis succurratur Ecclesijs, quarum Rectores, Administratoresve, aut præ inopia non possunt, aut præ metu, & opibus aduersariorum illa recuperare non audent, vel alia de causa negligunt.

Horum vtriq; ab illis certam mercedem in singulis causis, quas egerit, persolui iubeat; si per Ecclesiarum, quarum patrocinium illi susceperant, facultates, Episcopi iudicio, potest: sin minus, gratis interea omnia ab vno, & altero item agi curet: ita tamen, vt pro illorum laboris, operæve ratione causis, in quibus elaborauerint, peractis, siquid vel iuris, vel emolument Ecclesijs, illorum opera acquisitum sit, de eo illis, arbitrio suo, satisfieri mandet: si Verò contra acciderit, Uberius illi à Deo, bonorum omnium remuneratore, præminum expectent.

Si quis Clericus, aut sacerdos vlla cuiusuis generis scripta, ad Ecclesiasticas rationes pertinentia occultarit, suppresseritve dolosè; is pœna afficiatur, at si bona Ecclesiæ alienauerit, & ea, quæ Agatensi, & Aureliensi Synodis contra Clericos, huius culpæ reos, sancita est.

vid. de  
testam. c.  
2. & seq.

in C6c.  
Agathēf.  
tempore

Synma-  
eh<sup>o</sup> Papa  
3. ca. 26.  
12. Tom.  
Concil.  
relato  
12. q. 2. c.  
si qs. de  
clericis.  
Sess. 21.  
cap. 2. de  
refor.

Quæ pro eius sustentatione clericus, in ordinum sua promotione, ne distrahantur. Cap. XIII.

**E**pisopus, cum clerum, ut iussum est, recognoscet; hoc, præter cætera, videat, An in alicuius clerici titulo, censuræ Ecclesiastico, vel etiam laicali, cuius nomine is ordinibus adscriptus est, quicquam innovatum sit. Siq, vel beneficii Ecclesiastici cessionem, vel patrimonij alienationem, vel pensionis extinctionem, aut remissionem factam esse compererit; canonum iure, sanctioneq, Tridentina agat, ut iuridicè recuperetur, restituaturve, quod vel cessum, uel alienatum, uel remissum, extinctumve, ipsi clerico præiudicium adfert ad uitæ sustentationem: aut si quid alia ratione, pacto, commissum, actumve est, quod uel decreto Tridentino, ea de re edito, sacrifve canonibus repugnat, uel fraudem facit. Contra quoscumque uerò, qui tale quippiam admisierint, idem pænis agat, iure canonico constitutis, iisdemq, ab Synodo etiam Tridentina renouatis.

Sess. 25.  
c. 11. de  
refor.

Qui pro ecclesiasticis locationibus ad longum tempus, itidem perpetuis iudices sint. Cap. XV.

**Q**uibus iudicibus auctoritate Concilij Tridentini, facultas data est, qua rerum Ecclesiasticarum locationes ad longum tempus factas rescindant, nullasq, decernant; perpetuas etiam locationes cognoscere, itidemq, rescindere, ac irritas facere; ad eiusdem Concilij Tridentini præscriptum, ij ipsi, & possint, & debeant.

## DE LOCATO, ET CONDUCTO

### Tit. XI.

Quibus nè quidem per breue tempus Ecclesiastica bona locari non debent. Qualiterq, Episcopus inquirat ne quæ Simonia intercesserit. Cap. I.



**N**on Ecclesiasticorum beneficiorum bona patronis, ne uè item eis, quorum cessione ea beneficia obtinentur, neq; illis præterea, qui primo, secundo uè consanguinitatis gradu cum eisdem iuncti sunt, nè per suppositas quidem personas, ac ne ad breue sanè tempus, locari liceat, idq, nisi cognita prius Ecclesiæ utilitate Episcopus, data in scriptis facultate, concesserit. Quicumq; secus fecerit, fructibus unius anni mulctetur, quos ex eorum beneficiorum prædijs bonisve capit.

Inquirat præterea Episcopus diligenter, an aliqua Simonie labes contra Etia inter eos sit.

In loca-

In locationibus bonorum ecclesiasticorum, pro expensis melioramentorum: Qualiter paciscendum, & ille perfoluenda. Cap. II.

**V**SV, & diuturna consuetudine compertum est, quantum Ecclesijs detrimenti, damniq; sæpe importet illa prædiorum Ecclesiasticorum locatio, quæ ad certum tempus pactionibus ijs iniri solet, ut meliora reddi liceat; ac interdum ea conditione, ut qui sumptus facti sunt, nè possint, nisi in ipso extremae locationis tempore, recuperari, & qui item conduxerint, eijci, amouerive à possessione ne possint; nisi quidquid in illis melioribus reddendis pecuniæ erogarint. quidquidve sumptus fecerint, id omne receperint: quare nos Ecclesiarum utilitati consulentes, & huic rei unde tantum detrimenti, tantumq; incommodi ipsis Ecclesijs accidere sæpe solet; quantum in nobis est, occurrere volentes, ita statuimus.

Prosequutio prædictorum. Cap. III.

**Q**Uæcumque Ecclesiasticorum prædiorum locationes ad certum tempus in posterum eo pacto fient, ut illa meliora reddi liceat; & quidquid in illis sarcinendis, restituendisve erogatum sit, id ei qui conduxit, solui oporteat; hæc inita locationum pactio, nè ius tribuat faciendi impensas, in quouis adificij genere utiles, nisi eas, quæ maiorem summam non excedant, quam illa sit, quam conductor retinendo singulis annis, quibus firma est locatio, tertiam partem eius, quod locationis nomine soluere debet, recuperare possit.

Eam autem ipsam tertiam partem eius quolibet anno retineat, quod ad quidquid erogarit, ipse recuperet.

Si quæ uerò impensæ, ad usum necessarium pertinentes, factæ sint, ad quæcumque summam perueniant; tum ob eiusmodi impensas conductor eadem ratione partem tertiam sibi in singulos annos retineat. Sin autem ad sumptus, qui necessarij facti sunt, recuperandos non satis fuerit ea tertia pars; nè completa etiam locationis die, à prædiorum possessione, qui conduxit, antequam ei satisfactum sit, amoveatur: sed Ecclesiæ Rectori liberum sit, atque integrum, aut comparata aliunde pecunia, aliave quauis ratione ipsa prædia de conductore redimere, aut eadem illi ipsi conductori iterum, consentiente Episcopo, locare; idq; tot annis saltem, ut tertiam partem ad minimum in singulos annos eius rei retinendo, quam locationis nomine soluit, id omne, firma adhuc locazione, recuperet, quod ipse erogarit. Si uerò qui his conditionibus conduxerint, tertiam ipsam partem quotannis non retinuerint. nè ius sit eis ab Ecclesia, nec à Rectore, qui in ea succedet, partem, quam non retinuerint repetendi, sed eorum culpæ adscribatur.

In ijs autem locationibus, quæ à Rectoribus iam ad tempus, ita iniitæ sunt, ut conductores prædia meliora faciant; huiusq; pactionis, vi, atq; ratione edifficia facta, tecta q; sunt, vel in posterum conductoris sumptibus meliora reddentur; hos sumptus, quos fecerit conductor, ea ratione recuperet, quæ à nobis hoc decreto præscribitur; nisi id conuentum sit, ut breuiori tempore soluantur, quàm à nobis statutum est.

Quod si is, qui iam conduxit, & prædia meliora fecit, tertiam eam partem retinere nolit; sed vna tantùm solutione sibi restitui velit id omne, quidquid iam erogarit; partem illam, quam sibi retinere licet, apud hominem aliquem, cui tutò committi possit, quolibet anno deponat, ut sperari aliquando possit, prædia ipsa Ecclesiastica recuperari aliqua ratione posse.

Si verò conductor eam tertiam partem non deposuerit, sed Rectori Ecclesiæ soluerit; Rector, qui succedet, illam ab eo repetere possit, aut in rerum, quæ meliores factæ sunt, rationem referre. Rector autem, qui tertiam hanc partem temerè receperit, dimidia parte fructuum, quos quolibet anno ex ipso beneficio Ecclesiastico percipit singulis annis mulctetur.

Si qui præterea, ob sumptus in prædijs quibusuis Ecclesiasticis factos, creditores sunt; eaq; prædia non ipsi, sed Ecclesiæ Rector quauis ratione possidet, nè ea hypothecæ diutius sint, id quod mutua quadam collusione aliquando factum est; in hac ipsa re id curet Episcopus, ut eadem tertiæ partis annua solutione, quidquid in sumptus erogatum est, etiam fructibus sequentis nomine depositis, aut alia ratione, eis restituatur.

Liberum tamen sit Episcopo, in his omnibus, si quando pro beneficij tenuitate, aliave iusta causa, aliquid minus tertia ea parte præscripta in singulos annos solui, aut retineri censuerit; id arbitrio suo scriptis concedere.

Qualiter, & quæ bona capitularia canonicis, & eorum propinquis locari nequeant. Cap. IIII.

**N**E liceat Canonicis, alijsve de capitulo bona, redditus, & prouentus, aut exactiones, emolumentave, etiam incerta, ad capitulum quouis modo spectantia, per se, vel per interpositam personam, nè ad modicum quidem tempus, conducere; alioqui contractus omnes irriti sint, ac nulli; & tam locatores, quàm conductores Canonici, Episcopi arbitratu puniantur.

Item sancimus de eorum propinquis, & consanguineis secundo, vel ætiori gradu iunctis, nisi, quod ad hos attinet, cognita Ecclesiæ utilitate, Episcopus id scripto conceperit. Exactionem tamen decimarum capituli, etiam ab ijs de capitulo suum ad usum conduci liceat, facultate ab Episcopo data, cum grauis causa urgebit: Ac ades etiam capitulares habitandi causa.

## DE RERVM PERMVTATIONE.

Tit. XI I.

In permutatione cum Parochiali, quòd examen, & non concursus  
requiratur. Cap. I.

**N** Ecclesiarum curatarum permutatione coram Ordinario faci-  
cienda, ne locum habeat decretum de proponendo editto exami-  
nis causa in vacatione Ecclesiarum Parochialium: Si tamen uel  
Parochialium hominum multitudo ualde inaequalis est, uel qui  
permutat, quo tempore Parochiales illas Ecclesias adepti sunt, examen prae-  
scriptum non subierunt, fiat tunc de illis experimentum examinis, sed absque  
concurfu. Idem examen sine concursu adhibeatur de eo, qui beneficium sim-  
plex commutat cum alio, quod curam animarum habeat; si quando eiusmodi  
permutatio coram Ordinario fieri iure potest.

## DE PECVLIO CLERICORVM.

Tit. XI I I.

Qualiter clerici defuncti heredes ad tradenda gratis iura Ecclesiae  
cogendi sint. Cap. I.

**P**ISCOPVS, ubi clerici cuiusuis, qui Ecclesiasticum beneficium ob-  
tinuerit, mortem audierit, eius heredes compellat, ut quaecunque  
scripta, instrumenta ue, ad illud beneficium pertinentia, quae in mor-  
tuo Clerici bonis inueniuntur, alteri Clerico, qui in beneficium suc-  
cesserit, ab eis tradantur gratis, ac ne ullo quidem, uel minimo pretio pacto,  
aut exacto; etiamsi Clericus, qui decessit in illorum exemplis describendis  
aliquid sumptus erogarit.

## DE TESTAMENTIS, ET VLTIMIS

voluntatibus. Tit. XIII.

Legata ad pias causas qualiter exigenda. Cap. I.

**L**EGATA, ultimarum ue voluntatum exequutor, si quae piarum cau-  
sarum nomine legata, relictave sunt, etiam extra diocesim ca-  
anni spatio ad summum, aut tempore ab ipso testatore prescri-  
pto, non praestiterit; ab Episcopo, ut ratio iuris postulat, penis  
ipso iure constitutis, omnino cogatur, piam testatoris voluntatem explere.

Nec

*Nec verò præscriptum illud, vel à iure, vel à testatore tempus ab Episcopo prorogetur; nisi sibi constiterit, quæ earum causarum nomine relicta, aut legata sunt, verè præstari non potuisse.*

Pro iuribus priorum locorum. prosequendis, qui aliquando deligendi. Vicarijque Foranei pro Episcopalibus ne desint. Cap. I I.

**E**piscopus verò in Parochijs, vbi opus erit, duos probat & vitæ homines, pietatis amantes, & auctoritate præditos deligat, quorum opera, studio, atque adiumento ad piorum locorum, piarumque, causarum iura prosequenda utatur, quo expedire visum sibi erit.

Vicarij foranei curabunt, ut relicta Episcopo, quàm primùm exigantur; quæ plurima sunt in hac diœcesi.

Notarij de relictis Episcopo rogati, et rogandi, ea non significantes, quando excommunicati sint; ipsisque præmortais quid agendum; præsensque decretum qualiter publicandum. Cap. I I I.

**Q**icumque Notarij sciunt se rogatos, testamenta, aliasve vltimæ voluntatis tabulas de rebus piarum causarum nomine relictis, siue pro male partis, vel furto sublatis, vel de relictis Episcopo, quod frequenter in hac diœcesi accidit confecisse; nisi sex mensium spatio, postquam testatoris mortem scierint, illa Episcopo significarint, & quæcunque in ipsis tabulis à se conscriptis legata huiusmodi facta sint; ij excommunicationis pœnam ipso iure incurrant.

Qui verò in posterum eius generis tabulas, testamentave scripserint, eandem pœnam ipso facto subeant; nisi tribus post mensibus, quàm testatoris mortem cognouerint, pia legata, relictave, Episcopo denuntiarint.

Ut autem Notariorum, qui iam mortem obierunt exemplaria, & quæuis alia scripta, quibus res piarum causarum nomine relicta aut legata, notata, ac descripta sunt, conquiri possint; Episcopus, propositis etiam pœnis, & censuris, provideat.

Decretum autem hoc, quotannis, à parochis, populis sibi commissis, bis explicari volumus.

Decretum contra notarios legata pia non denuntiantes, quotannis promulgandum. Cap. I I I I.

**D**e Notarijs legata pia non denuntiantibus, decretum quotannis die Dominico Aduentus ultimo, et Quadragesimæ secundo, in unaquaque parochiali Ecclesiâ promulgetur.

Delicta ad vsos pios, quomodo in libro conscribenda. Cap. V.

**Q**uacunque uerò ad pios usus uel legata, uel relicta, uel donata sunt; ea sibi iam denuntiata, aut alio modo cognita, Episcopus, trium mensium spatio, in librum certum, ordine referri curet.

Quo præterea libro, quàm primùm eiusdem iussu notentur, quæ deinceps quouis modo scierit, ad eos usus legata, donata re.

Legata incertis pauperibus ab exequutore etiam testamentario, sine Episcopi licentia, ne distribuantur. Cap. V I.

**T**estatorum pia uoluntati nè fraus fiat, Episcopalis cura est: quamobrè, quacunque uel res, uel pecunia, cuiuspiam Sacerdotum conuentui, uel alij cuiuspiam homini, legata eo nomine est, ut pauperibus in elemosynam conferatur; ea neque tota, nec uerò pars cuiquam eiusdem conuentus Sacerdoti, neque uniuerso etiam illorum conuentui, nec ab illo sibi ipsi, ne paupertatis quidem causa, uel ulla egestatis specie, distribuatur; nisi huius rei facultate ab Episcopo, eaq; scriptis data.

a c. Si he redes iu-  
sta. glo.  
vlt. ext.  
eo. de te-  
stam.  
b Omnis  
disposi-  
tio ad pi-  
am cau-  
sam sub-  
iicitur iu-  
dicio, &  
arbitrio  
Episco-  
pi. etiam  
non ob-  
stante co-  
traria di-  
sponētis  
volunta-  
te. c. Tua  
nobis. &  
ibi nota-  
tur, ext.  
eod. ritu.  
p. Sarm.  
sele. in  
terp. lib.  
1. cap. 11.  
nu. 10. &  
sequ.  
c Clem.  
Quia co-  
tingit. v-  
bi Doct.  
de relig.  
dom.  
d Quādo  
Episcop<sup>o</sup>  
possit re-

Legata certo vsui pio, ne in alios æque pios, sine Episcopi licentia conuertantur. Cap. V I I.

**Q**uæ legati nomine relicta sunt, certo pio vsui, ea ne necessitatis quidem causa, nec uerò heredum eius, qui reliquerit, consensu, ad alterius rei, quæ neque item pia sit, usum conuertantur: nisi Episcopus, re tota primùm cognita, d illius commutationis potestatem fecerit, quæ iuris permisso ab eo fieri possit.

Pro præmortui clerici redditibus, inter eius successorem, & heredem, quod ius seruandum. Cap. V I I I.

**V**tilibus & controuersijs, quæ ubiq; in hac prouincia permulta, & uaria de fructibus beneficiorum, inter heredes Sacerdotis, clericine mortui, & illos existere solent, qui in ea beneficia succedunt, planè occurratur; cum in ea, illa Iulij Tertij Pont. Max. constitutio, eo ipso de genere edita, in usum, moremq; inducta nunquam sit; ius commune in toto hoc genere omnino seruari, ex auctoritate Concilij Prouincialis Quinti decernimus; sublata quacunque etiam consuetudine, sicut etiam Episcopali auctoritate confirmato.

statoris uoluntatem commutare uid. Imol. in c. Nos quidem. nu. 22. uerf. vlt. ext. Fed. ex. eod. de testam. Sarm. sele. interpret. lib. 1. c. 8. sub. nu. 24. plenè idem Imol. in l. 1. nu. 5. ff. de cond. instit. cui ex aliqua parte, non assentitur Didac. hæc de re agens in repet. c. Tua nobis. sub nu. 6. hæc tit. viden.

Pro



Pro piarum voluntatum executione, qualiter patrocinator fit eligendus. Cap. IX.

**P**iarum voluntatum executio, <sup>a</sup> bonorumq; Ecclesiasticorum defensio omnis, iure Canonum, <sup>b</sup> Ecclesiasticisq; constitutionibus, Episcopi curæ, fideiq; commissa est: quamobrem is, vel Cathedralis Ecclesiæ Canonicum, vel alium Ecclesiasticum hominem, arbitrato suo constituat; qui idoneus, earum piarum causarum patrocinium suscipiat atque agat.

a Executio, vt Episcopo bene committatur, vid. in superius citatis locis, p̄sertim i. c. si hære des. & in c. Tua nobis. extr. eo. tit. de test. Qui bus accedit imperialis sanctio Iustitiana in auth. de Eccle. tit. §. si quis autē pro redemptio ne captiuorum. col. lat. 9. b Vide sup. de reb. Eccl. non alien. ca. 13.

Taliselectus quid præstabit. Cap. X.

**I**n eam curam, delectus ab Episcopo, protector incumbat, studio diligenti, vt & voluntatibus pijs satisfiat, & bona Ecclesiæ recuperentur, & locis, operibusve pijs fraus nulla, vel minima, quoad eius fieri potest adhibeat.

Præcipue autem in eo euigilet, vt piarum causarum aduocati, & procuratores ne officio vsquam desint, quod earum procuratio, ac defensio ipsi commissa deposcit.

Singulis hebdomadis, semel ad minimum, & procuratorem fisci Episcopalis, & illos conuocet, quibuscum deliberationem, rationemq; omnem, vt diligentissime potest, ineat; tum de pijs legatis exequendis, tum de Ecclesiæ bonis recuperandis, atque tuendis.

Quæ ab ipsis aduocatis, procuratoribusve, vel ab alijs, quorum interest, in dies singulos, prout usu venit, exponi solent, ea studiosè, attenteq; audiatur, si quæ verò cognouerit in eo statu versari, vt necesse habeant aliquo officio adiuuari, aut tandem ad exitum perducitur, is omni studio, etiam pro officij commisi munere, videat, ac procuret opportuna, ad rem adiuuandam, consueciendamve remedia. Quamobrem, & Vicarium Generalem, & aliquando Episcopum, & iudices alios, quibuscum agendum est, toties adeat, quoties ad iumento opus erit ad causam.

Vt pia legata, decimæ, & primitiæ persoluantur, quid in visitatione Episcopus agat. Cap. XI.

**Q**uoniam de pijs legatis, decimis, primitiisque decreta permulta contra debitores, synodis provincialibus promulgata sunt; nihilominus istorum caliditatibus, rursusq; eorum, quibus debentur, commodo non adhuc satis consultum, ac prouisum est. Quamobrem Episcopus, vel ipse per se, vel per Vicarios, visitatoresve suos, etiam in visitationis munere, de pijs legatis accuratè, diligenterq; inquirat; accersitisq; etiã ad se, si videbitur, heredibus, & alijsve, qui ea exequi præstare ve debent de illis ipsis decernat; certumq; præterea rempus, quo illi præstent, omnino constituat. Atque eorum quidem omnium, & singulorum, qui illa præstare debent, nomina edi, in tabellamq; certam referri iubeat; quæ in vniuscuiusque Ecclesiæ Parochialis sacristia, loco conspicuo affixa, proposita ve sit. Siquis verò eorum, qui in eam tabellam relatus est, ad

c Qui detinet pia legata, et soluere nolunt grauitè peccant sacrilegium.

constitutum tempus legata, qua debet prestare, neglexerit, pratermiserit ve;  
arbitrio Episcopi puniatur; nisi re ipsa, quamprimum legata, qua debet, per-  
soluat. Id quoque ipsum de illis, qui decimas, & primitias debent, hoc decre-  
to planè constituimus, & sancimus.

## DE SEPULTVRIS. Tit. X V.

Qualiter pro moribundo Episcopo circumuicinus inci-  
tandus. Cap. I.

**R**IVM Sanctorum Patrum institutum ad concelebrandas Episco-  
porum exequias iamdiu intermissum, reuocantes, statuimus,  
vt, Episcopo mortuo, vel morti proximo, tres primi de capitulo  
presentes vicinum Episcopum, vel eo impedito, alium inuitent,  
qui statim veniat, ac, si viuum Episcopum inuenerit, accuratissimè conso-  
letur, & ea officia prestet, qua ad animæ salutem, tali tempore requiruntur.

Episcopi corpus qualiter custodiendum, exequiæ celebrandæ,  
preces fundendæ, prouincialesq; episcopi propterea  
monendi. Cap. I I.

**M**ortuum verò vnà cum seculari, & regulari Clero, solenni more, ad  
sepulchrum prosequatur.

Nibil autem Episcopus, p̄ huius officij gratia, impensæ, vel quouis alio no-  
mine, à quoquam exigat.

Eius tamen expectationis causa, corpus Antistitis ne amplius quadragin-  
ta horis insepultum iaceat.

Interea verò curet capitulum, vt custodiatur corpus, & circum ipsum  
frequentes ex clero sint, qui pro eius anima preces Deo faciant.

Eidem capitulo hoc munus iniungimus, vt primo quoque tempore, pro-  
uinciales Episcopos omnes de Episcopi morte faciat certiores; qui in Eccle-  
sijs Cathedralibus Missam solenni caremonia pro eius anima celebrandam  
curabunt: et publicis supplicationibus, ac precibus indictis, Deū piè, sanctèq;  
deprecabuntur, vt oratio gregi Pastorem dare velit, iuxta cor suum.

In Episcopi exequijs quot cærei, & à quibus exhibendi.  
Cap. I I I.

**I**n exequijs eius plures viginti quatuor cæreis non accendantur; idq; im-  
pensa vacantis Ecclesie, nisi extent defuncti bona, vel alius sit, qui de iu-  
re, aut consuetudine sumptum facere debet.

commit-  
tunt, &  
animarū  
dicantur  
necato-  
res, qui-  
bus nota-  
bile infe-  
runt dā-  
nā ab Ec-  
clesia sūt  
abijcien-  
ti, & ex-  
commu-  
nicandi,  
iāte pro-  
bat. Ar-  
chiepisc.  
Florent.  
in sūma.  
par. 2. tit.  
1. c. 21. §.  
1. quē re-  
fert, & se-  
quit Re-  
buff. in p̄-  
fat. trac.  
de sentē.  
p̄iud. seu  
p̄uision.  
num. 85.  
Tom. 1.  
a Funus  
Episcopi

Episcopus negligens pro alterius funere qualiter puniendus: anni-  
uershariaque quamdiu in Cathedrali, & quorum sumpti-  
bus fiant. Cap. I I I I.

**E**piscope negligentia in comprouincialis Episcopi funere, à Synodo Pro-  
uinciali; Canonicoꝝ, & cleri, à successore Episcopo grauius pu-  
niatur.

Sacra anniuersaria pro mortuo Episcopo quotannis fiant in Cathedrali  
Ecclesia; quamdiu proximus eius successor in Episcopatu vixerit, viuentis  
Episcopi, & capituli sumptibus.

In funere agendo quale tempus, & quas prosequantur, quot cruce  
requirantur. Cap. V.

**V**t vetus Ecclesia institutum, mortuorum funus pijs precibus, & offi-  
cijs solenni more prosequendi, multis locis auaritia, ambitione, vel ne-  
gligentia deprauatum, ad pristinam pietatis rationem in hac nostra die  
reuocemus; clericis quibuscunque, cuiusuis dignitatis sint, etiam Canonicis Ca-  
thedralis, & Collegiatarum Ecclesiarum, ceterisque, omnibus hæc seruanda pro-  
ponimus.

Ante solis ortum, & post occasum, mortuum & efferri, & ad sepulturam  
recipi prohibemus, absque nostra licentia, vel Vicarij nostri.

Singularum Cathedralis, Collegiatarum, & Parochialium Ecclesiarum  
clericis, qui in funus venerint, vna tantum sue Ecclesie crux preferatur,  
neque alio in funere deferantur; nisi, quas suus quisque, clerus subsequatur.  
Quod si alij quoque clerici inuitati fuerint, eius Rectoris, qui inuitarit, curam  
prosequantur.

Cum de seculari ad regularem Parochiam deferatur cadauer, quid  
obseruandum. Cap. V I.

**A**d tollendas controuersias, quæ magna populi offensione, quandoque in-  
ter regulares, qui beneficia curata obtinent, vel in eis curam anima-  
rum exercent, & Parochos seculares, in efferendis mortuis oriuntur; sta-  
tuimus, cum ex Parochia, cui secularis Sacerdos præsit, mortuus efferatur, &  
in Parochiali Ecclesia sepeliatur, cui regularis sit præfectus, vel contra-  
tunc vtrique Parochi, superpelliceo, & stola induti, pares progrediantur: Re-  
liqui vero regulares eum locum teneant, quem in generalibus processionibus  
tenere debent, ex constitutione Gregorij X I I I.

Qualiter pro funere, clericorum conuentus, progressusque  
fiat. Cap. V I I.

**C**um mortuus efferendus erit, cuiusuis Ecclesie Clerus, qui vocabitur,  
in vnam proximam mortui adibus ecclesiam, congruo processionis or-  
dine conueniat: vnde omnes ordine procedentes, bini canentes psalmos, aliasve

sacras

Sub dat.  
Rom. die  
15. Iulij.  
1583. in  
Ball. sub  
nu. 36.

sacras preces, mortuum ab eius adibus ad sepulturam committentur.

Cum ad Ecclesiam venerint, omnes corpus, suo item ordine, circumstent, instituta officia celebrantes; nec prius discedant, quam corpus in sepulchrum illatum fuerit.

Deinde singularum Ecclesiarum clerici eodem ordine, quo venerant, crucem referentes, ad Ecclesiam suam redeant; nisi aliquando aliud Episcopo iusta de causa videatur.

Cadaver, Feretrumque tegentia, cereique cui cedant: Quæ item pro funere persoluenta, & fieri per Episcopum curanda. Cap. V I I I.

**C**lerici Ecclesie, in qua mortuus humatur, eius vestes, hæredibus inuitis, ne sumant; sed ijs, ad quos pertinent, reddant.

Candelæ omnes, cerei, & quæ intortitia vocantur, quæ circum crucem, & cadaver ad Ecclesiam adferuntur, & alia, quæ circa Feretrum, & in altari- bus, ac reliquis in locis, dum diuina officia in funere celebrantur, hæredum impensa accenduntur; ita oblata esse intelligantur; ut eius Ecclesie sacristie, in qua mortui corpus humandum erit, addicta sint; nisi rector pauper in suos, vel alios Ecclesie usus conuertere maluerit.

Excipimus autem ea, quæ clericis cuiusvis generis, eleemosynæ causa dari solent; & quæ funeralium nomine Cathedrali, & Parochialibus Ecclesijs ex sacris Canonibus debentur, quibus nihil obsit, quominus quartam funeralium, quæ solita esset persolui ex decreto Tridentini Concilij, consequi possint.

Si mortuorum hæredes ita se impiè gesserint, ut religiosum exequiarum institutum negligentes, cruci, clericis, & funeri debita lumina adhibere nolint; ab Episcopo ea cogantur comparare, quæ necessaria videbuntur.

Pallium, à quibus parandum, & pro eo quid soluendum.

Cap. I X.

**I**n singulis Parochijs, communibus eorum sumptibus, qui sunt in Parochia, comparetur pallium, quod mortuo imponi solet: id quod omnibus in funere gratis commodetur: quod si parochiani id recusarint, singuli Parochi, & alij Ecclesiarum curatarum rectores pallium ad huiusmodi usum emant; pro quo mortuorum hæredes illis minimum aliquid largiantur.

Profuneribus quibusdam qui persoluum: modus pulsationis campanarum præscribendus. Miserabilium cuius impensa, sordida item procuratio, non autem licita acceptio deuitanda. Cap. X.

**I**n Ciuitate, & diœcesi, pro modo laboris, aliquid minimum detur curato- ribus exequiarum, ceterisque, qui dant operas in funere; & ijs, qui cam-

panas pulsant; quibus etiam, quandiu in exequijs campanas pulsare debeant, arbitrio suo prescribat Episcopus.

Miserabiles personæ, quibus mortuis, aut nihil superest, aut ita parum, ut sua impensa humari non possint, à parcho, sumptibus Ecclesiæ sepeliantur.

Trident.  
Concil.  
Sess. 22.  
in decre-  
to de ob-  
seru. &  
euit. in  
celebrat.  
missæ.  
verf. in  
primis.

Exequiarum, sepulturæ, & anniuersariorum causa, nemini quidquam pacisci, liceat; neque quid aliud committere, quod simoniacæ labis, aut sordidæ auaritiæ suspitionem habeat.

Pias tamen consuetudines in his seruari iubemus; cuius rei Episcopus curam suscipiat, qui habitæ & locorum & personarum ratione, in funeribus, & exequijs, quæ pia instituta sunt, & consuetudines laudabiles, arbitrio suo iubeat obseruare, sacrorum Canonum censuris; contumacesq; compellat omni iuris remedio.

Pia etiam legata exigi volumus; neque ea quæ eleemosynæ causa vltro data fuerint, accipi prohibemus.

Oratio, vel concio funeralis qualiter haberi, & celebrationes diuinorum suaderi debeant; aliàs in his, & similibus delinquentes punientur. Cap. X I.

**N**emini quemquam in funere oratione laudare liceat; nisi & eum, quem laudare uelit, Episcopus dignum censuerit; & laudationem scriptam ante probarit: Liceat tamen in funere concionem habere, quæ tota referatur ad humanam miseriam, fidelium oculis proponendam, omnesq; ad uigilandum cohortandos, nè cum uenerit Dominus, hora, qua non putarint, inueniat eos dormientes.

Caueant autem parochi, & alij Ecclesiarum Rectores, nè quod pietate adducti suadere debeant, mortuorum heredibus, & anniuersaria officiorum causa celebranda curent, id cupiditate impulsæ, molestius flagitent; qua in re si peccarint, Episcopi arbitrio puniantur.

Quicumque laicus, uel sæcularis clericus in ijs deliquerit, quæ his decretis, & sequentibus prescripta sunt, ab Ordinario loci, graui pœna afficiatur.

Capituli sumptibus canonici, uel ibidem habentis dignitatem funus fiat. Missa etiam, tum conuentualis tum à quibus singulis pro eo celebretur. Cap. X I I.

**C**anonici mortui funus, eiusue, qui eiusdem Ecclesiæ, in eaque, dignitatem obtinebat, Capituli sumptibus, à reliquis Canonicis fiat; tum pro eius animæ salute Missa conuentualis celebretur; & unusquisque item canonicus, ministerue eiusdem Ecclesiæ, qui sacerdos sit, missam itidem pro eo celebret.

Parochus urbanus, & diœcesanus, in infirmitate qualiter visitandus, & curandus; eiusque funus agendum, & pro rehabendove successorem orandum. Cap. XIII.

**P**arochum urbanum agrotantem, & is, qui vicinior est Parochus, & clerici in illa regione, ubi ager est Praefectus; diœcesanum verò itidem, & vicinior Parochus, & Plebanus, vel Archipresbyter, vel Praepositus, in cuius Plebania aut Archipresbyteratus, Praeposituræve finibus agrotus habitat, statim inuisant, cum eius aegritudinem, morbumve acceperint, tum post crebro ad eundem veniant; illaq; omnem officia præstent, quæ ad animæ salutem, ei tum maximè necessaria sunt; sacram Eucharistiam, & cum opus erit, sacrum Extremæ vniictionis Oleum idem Parochus vicinior ministret; & illius morientis animam Deo religiosis precibus commendet. Eius mortui funus vniuersi illius regionis, in qua ille habitaret, Praeposituræve, Plebanatus, aut Archipresbyteratus Parochi obeant: nisi Foraneus illius Regionis Vicarius minorem numerum statuendum censuerit.

Primo item post eius obitum die, eorum vnusquisque pro ipsius animæ salute Missæ sacrificium faciat. Quod si eo die pro mortuis fieri ex ecclesiæ instituto vetitum sit; alio proximo die, quo interdictum non sit, omnino fiat.

Decem præterea, ad summum dierum spatium, omnes in ecclesiam conueniant, quæ eis à clericorum Regionis Praefecto, aut Vicario foraneo præscribentur: qua in ecclesia pro mortuo Rectore missam conuentualem solenni ritu celebrent; tum supplicationibus, & precibus Deum piè, sanctève orent, vt orbatò gregi Rectorem dare velit, iuxta cor suum.

Quicumque verò eiusmodi pietatis officia præstiterint, eorum nomine, causare nihil neque exigant, nec petant.

Is verò, cui vacantis ipsius Parochialis ecclesiæ ab Ordinario administratio commissa est, fideles illius Parochiæ incolas saepe hortetur, vt omni intima animi pietate, à Deo Rectorem precentur, qui illius ecclesiæ curationem gerere rectè possit.

Quando, & à quibus pro Episcopo & canonicis defunctis sacrum fiat. Cap. XIII.

**P**ostidie illius diei, quo omnium fidelium defunctorum commemoratio fit, ex antiquo Ecclesiæ instituto; & diuinum officium, & Missæ sacrum pro mortuis, ritu solenni, in Ecclesia Cathedrali ab Episcopo, & Capitulo fiat pro sua Urbis Episcopis, qui mortem obierunt: reliqui præterea singuli sacerdotes pro iisdem illo ipso die sacrum faciant. Die proximè sequenti, pro mortuis Canonicis, & alijs de capitulo Ecclesiæ suæ, à singulis Capitulis, & Cathedralis, & collegiatae Ecclesiæ fiat.

Mox subditi intellecta morte, à parochio oratio habenda, & signum pro ea dandum. Cap. XV.

**C**VM nullum pietatis officium parochus in eorum, qui fidei curæq; sua commissi sunt, salute adiuvanda prætermittere vllò vnquam tempore debeat; tum hoc etiam, audita Parochialis cuiuspiam incola morte præstet, vt statim psalmum, De profundis, sanctè dicat, & omni animi pietate, menteq; supplici, orationem ad hoc officij genus pertinentem habeat; vt diues in misericordia sua Deus, illius animæ misereatur, cuius etiam ipse in die iræ rationem est redditurus. Vt verò à fidelibus pro mortuo oratio fiat; idem signum det campanæ sono, quo significatur *Aue Maria*.

Sepulchra, nisi cum licentia, in ecclesia sunt construenda.

Cap. XVI.

**N**E sepulchræ locus quouis nomine cuiquam detur: neve sepulchra fiant, construanturve in vlla quauis Ecclesia, sine Episcopi concessu scriptis.

Vbi non habenda sepulchra, & alibi construenda. Cap. XVII.

**I**N Choro autem, vel capella, maiori, nullo modo.

Nec verò in alijs Ecclesiæ locis propè altaria, nisi tam longè sepulchra distent, vt sepulchræ os à scabello, seu bradella altaris procul absit, spatio scilicet cubitorum trium. Quæ autem propius extructa iam sunt, omnino amoveri, obstruive decernimus.

Ioan. de Sylua in tracta. d. Ben. par. i. q. 5. n. 106. in trac. To. 15. p. 1.

Qualiter construenda. Cap. XVIII.

**F**ornicato opere sepulchra fiant; quæq; solo Ecclesiæ nullo modo extent, femine autve; sed illud planè adæquent.

Debito ordine disponantur. Cap. XIX.

**A**B vtroque Ecclesiæ latere dextero, scilicet, ac sinistro, eo ordine disposita extruantur; vt è regione sibi singula respondeant.

Quæ requirantur opertoria, nec sine licentia effigienda, & inscribenda. Cap. XX.

**O**periantur, nè vllò vnquam tempore fæteant, duplici integumento, quod forma quadrata, è lapide solido sit; ita tamen, vt inferius integumentum è rudi, illud autem superius è polito lapide struatur, Ecclesiæ pavemento æquale; quod item sepulchræ ori vndiq; aptè cohereat.

In quo superiori, integumento, ne crux, sacraq; alia imago sculpatur.

Ne rursus imago alia, vel literæ, aut aliud omnino quicquam, quod extet,

at que emineat; neque quod ab Episcopo prius probatum non sit, vel ab eo, cui ille id munus dederit.

Cœmeteria, erecto intus signo Crucis, sepienda. Cap. XXI.

**C**œmeteria, vt muro, vel aliâs tutè vndique sepiantur, & eorum ingressus bestijs occludatur; curet Episcopus diligenter.

In eorum medio Crux firmiter erecta sit; quam aliquo etiam decenti integumento operiri conueniens erit.

Quando missam, vel collectã pro defuncto Episcopo singuli sacerdotes celebrent; & propterea qualiter monendi sint.

Cap. XXII.

**S**icut Episcopus, dum in vita est, sanctę Pastoralis sollicitudinis studio, debet saluti animarum inuigilare; ita illud cum omni ratione coniunctum est, vt, post eius obitum, Ecclesiastici ordinis homines, & laici item, quorum curę gubernationiq; pastoralis pręfuit, grata, piaq; memoria Episcopales Vigilijs, ac labores, quibus ille in eo munere gerendo perfunctus est, prosequantur, pro illius anima in primis Deum religiosè precantes.

Quamobrem, præter ea, quę de Episcoporum exequijs primo Concilio Provinciali sancita sunt, hoc etiam decernimus, vt parochi, et sacerdotes singuli, tum vr bani, tum diæcesani, vbi primùm de obitu Episcopi nuntiatum est, nouem singulis post eum nuntium diebus, Missam de mortuis pro illius anima celebrent: aut saltem quo die Missa pro mortuis dici non potest, statim pro defuncto Episcopo orationem dicant, vt in æterna recipiatur tabernacula. Capitulũ verò sit, de Episcopi obitu, diæcesanos parochos certiores quamprimum facere, eosdemq; huius officij monere.

Pro defuncto Episcopo deprecetur populus, à paracho propterea monendus. Cap. XXIII.

**P**opulus itidem pro paternę sollicitudinis, Charitatisq; officijs, quę ille cuius pro omnium salute præstitit, hoc communi parenti mortuo reddat; vt religiosis precibus, alijsq; pijs suffragijs illius animam adiuuet. Ad quam sanè rem suum quisq; populum parochus, cum vsu venit, ijs præsertim nouem diebus hortetur accuratè, ac diligenter.

Humatum corpus sine licentia non asportandum. Cap. XXIIII.

**N**E cuiquam ex vlla cuiusuis ordinis Ecclesia mortui corpus, perpetuę sepulture traditum, asportari liceat; nisi facultate ab Episcopo impetrata, ea literis nominatim exarata.



Occisi cadauer alienum qualiter asportari non prohibendum.  
Cap. XXV.

**P**arochus, intra cuius parochia fines, aliquis aliena parochia occisus est, eius cadauer liberè aliò transferri nullo pretextu prohibeat: nihilq; ea de causa accipiat. Si verò translatio ea cum funere sit liberum ei sit, uti iure suo.

Pro funeribus, anniuersarijsq; concelebrandis, qui, & qualiter adhibeantur. Cap. XXVI.

**F**uneribus, & anniuersarijs concelebrandis, cum rector Ecclesie præter clericum ministrum suum, alios etiam Sacerdotes, clericosve, quorum ministerio, operave utatur, accrescere, adhibereve necesse habet: hoc ordine, nisi aliud defunctus, hæredesve illius voluerint; illos, euocet; primò scilicet, si quos habet, illius animarum cura gerenda quouis modo socios, collegas, adiutoresve, tum illius Ecclesie titulares, vel Canonicos, vel Chori ministros, vel demum capellanos item, deinde Clericos alios, Ecclesiasticae functioni, officiove in ea Ecclesia addictos, adscriptosve; tum præterea alios, quos mortui hæret, aut is, cuius interest, accersiri, euocarive maluerit. Nec verò plures adhiberi vllò pretextu, etiam huius decreti, liceat, quàm ille velit, vel Sacerdotes, vel alios, etiam Clericos tantùm puerosve clericali vestitu indutos, etiam quos illi euocati secum duxerint; neque rursus ad eleemosinã, emolumentive cuiusvis generis eo nomine percipiendi, partem vllam, neque denique vllum non vocatum admitti.

Pro funere, & alijs officijs, vltra debitam sibi pro persona sua tantùm, mercedem aliquam quisquam nè accipiat.  
Cap. XXVII.

**I**llud præpositi, Archipræsbyteri, Parochi, Rectores, & alij quicumque Clerici caueant, nè ad funus ducendum, aut officia pro mortuis celebranda alios pro se mittant, emolumentum, aut eius partem ipsi percepturi; neque secum pueros, aut Clericos ea spe perducant, mittantve, ut eleemosinã, quã illis data erit, participes ipsi sint; nec sanè verò vllam item partem, vllò quouis pretextu, etiam spontè oblatam, capiant; neq; item qui mittuntur, plus capiant, quàm si proprio solùm nomine vocati essent.

Certa hora ducendi funeris constituatur. Cap. XXVIII.

**F**uneris ducendi certa hora constituatur, qua omnes, quicumque euocati sunt, conueniant, ut nulla interposita mora, ad illud procedatur.

Nè quid superstitiosum circa pheretrum, & mortuum fiat,  
caueatur. Cap. XXIX.

**C**autio sit, ut nè simplices homines, quicquam superstitionis causa apud  
mortuum in pheretro, aut in eius manibus ponat, aut aliud, quod super-  
stitionis speciem præferat, aut suspicionem habeat, committant.

Qua ad Ecclesiam via in ducendo funere progrediatur.

Cap. XXX.

**C**adauer cum effertur, via procedatur, quæ à domo ad Ecclesiam recta,  
ac brevis sit; si Verò usque adeo brevis, & compendiosa est, ut ordines  
eorum, qui funus committantur, intra illius fines contineri non queant; tunc  
via paulò longiori funus ducatur; id quod in usu, concessive Sacerdotis, qui fu-  
neri, præest.

Cærei accensi manibus deferendi. Cap. XXXI.

**O**mnes, tum qui dignitates obtinent, tum Canonici etiam Cathedralis Ec-  
clesiæ, tum alij præterea quicumque clerici, quibus in funere candelæ, aut  
cærei, intortitiave dantur; eas, eave accensa in funere manibus ipsi deferant.

Sermo funeralis in Ecclesia habendus. Cap. XXXII.

**S**ermo si quis in funere habebitur, non domi, aut alio eiusmodi loco, sed in  
Ecclesia habeatur.

Cap. XXXIII.

**N**æ cænotaphijs, aut quas vocant, tymbis, pallia altarium adhibeantur.

Quando eleemosyna pro defuncto, est clero distribuenda.

Cap. XXXIII.

**E**leemosyna, quæ Clero ob funus, aut defunctorum officium datur, nè spe-  
ctante populo, sed eo remoto, locoque separato, factis exequijs, officijsve,  
distribuat.

Paçtio, pro cæreorum funeralium parte restituenda, nè fiat.

Cap. XXXV.

**N**æ paçtiones de funere, aut de exequijs pro mortuo celebrandis, cum de-  
functi hærede, aut alio, ad quem pertineat, à Parocho, aliove, ea condi-  
tione fiant, ut certa cæra pars, quæ exequiarum officijs, supererit, ipsi hæredi,  
aut alteri restituatur.

Nè pro funeris, & exequiarum mercede habenda, aliquod pignus capiatur. Cap. XXXVI.

**N**E Parochi, alijve Clerici, neque item exequiarum curatores, alijve, quicunque in funere operam ponunt, pignora capiant, quibus sibi caveant de funerali eleemosyna, aut de eorum opera in funere prestita mercede.

Singuli cuiusvis congregationis, pro funeralibus, consueta eleemosyna contenti sint. Cap. XXXVII.

**E**cclēsia Cathedralis, vel colligat a capitulum, ac singuli de capitulo in funere, funerisve officio, contenti eleemosyna sint, quæ generatim ipsi uniuerso capitulo, aut sigillatim unicuique de capitulo datur.

Solita merces custodibus, cruciferis, & campanas pulsantibus tribuatur. Cap. XXXVIII.

**Q**ui Verò Custos, vel Crucem prætulit, vel campanas pulsauerit, tunc ille accipiat, quod eo nomine tantum dari statutum est.

Quòd solita merces ijs, qui opus aliquod funeri impendunt, & non alijs soluatur. Cap. XXXIX.

**Q**ui funeris curationem aliquam habere solent, utpotè Antiani, alijque quocunque nomine vocati; qui item corpori sepeliendo operam nauant, eos accipere non vetamus, quod pro officio suo, quod ipsi præstiterint, dari consuevit.

Eius verò generis homines, & alij, qui in funus se ingerunt, nec quicquam opera ponunt; nihil omnino consequantur.

Pro sepultura quando nihil percipiatur. Cap. XL.

De sepultura prætiū, etiā coacti, non debent accipere, hoc præbat. cap. postquā 13. q. 2.

**P**ro loco, in quem mortuus infertur, à nemine, ne sacristia quidem, aut fabrica Ecclesie, aut Confraternitatis alicuius, alteriusve pij vsus nomine quicquam prorsus exigatur; piæ tamen, & laudabiles consuetudines, ut supra iussum est, in hoc etiam Episcopus seruari iubebit.

Qui pro funeralibus, aliter puniendi, nihil percipiant.

Cap. XLI.

**Q**ui in funere, officijve funeralibus, vel exequijs quicquam, ut infra, præcarit; eius funeris, officijve funeralis omni eleemosyna, emolumentoque careat omnino; pœnaque sit Episcopi arbitrio, tam ei si acceperit, quam præfecto, rectoriue, qui dari curarit, consenserit, permiseritve.

Quicunque à funere, funeralibusve officijs eiusmodi abfuerit.

Qui funere, officiove pro mortuis non peracto discesserit, quod sit postquam corpus sepultura traditum fuerit.

Rursus, qui non peractis funeralibus officijs discesserit.

Qui

Qui item habitu, prout Episcopus præscripserit, non conuenerit, interfuerit ve.

Qui item alia commiserit ex ijs, ob qua, Episcopi iussu, pro absente habendus sit.

Qui item funeris, exequiarumve curatores, utpotè Antiani, vel alio vocati nomine, per se muneris sui partes non obierint.

Sepulchra pro quibus, & qualiter construenda. Cap. XLII.

**O**mnis Parochus ad Parochorum, & capitula ad dignitatum, & Canonicorum Usus sepulchrum faciendum curent, ad præscriptum instructionis fabrica.

Qualiter in laicorum oratorijs, ecclesijsve aliquos sepeliri non permittatur. Cap. XLIII.

**N**e in confratriarum, scholarumve oratorijs, Ecclesijsve cadauera, etiã sodalium sepeliri liceat; nisi id licere ex certis privilegij tabulis, aut consuetudinis immemorabilis vsu constet Episcopo. Vbi verò confratribus in sepultura tantum concessum est; alij nemini, neque electionis etiam iure, ibi sepeliri liceat; sed ne confratribus quidem ipsis, nisi per sex menses ante obitum quisque in sodalitate ritè adscriptus sit.

c. Vnicuique. & sequen. de conse. di. fin. 1.

Parochus prædecessoris sui anniuersaria celebret. Cap. XLIIII.

**P**arochus illius, qui proximè præcessit Parochi anniuersaria, statò die, quo ille obiit, celebratione Missæ Parochialis agat; sin autem pro festi, solennisq; diei ratione, tunc agi non liceat, alio die proximè antecedente, quo licet, pro illius animæ salute, piè, religioseq; exequatur.

Clericus qualiter indutus ad tumulum est afferendus. Cap. XLV.

**C**lericus mortuus vestitu clericali Ecclesiastico, quem ordinis sui ratio deposcit, indutus efferatur; Diaconali Ecclesiastica veste Diaconus; Sacerdotali Sacerdos; Clericus superpelliceo, tonsurâq; ornatus; itidemq; alij pro ordinis Ecclesiastici gradu.

Ioan. de Sylua in tract. de Ben. par. 1. q. 5. n. 129. in tract. To. 15. par. 1.

Qualiter maiores minoris gradus defunctos non efferant.

Cap. XLVI.

**M**ortuum, quouis etiam generis, gradus, dignitatisve nomine illustrem laicum, Ecclesiastici homines ne efferant: ne item inferioris ordinis Clericum, qui in superiori ordine constituti sunt.

At verò Subdiaconum Subdiaconi; Diaconum Diaconi; & sic ordine ceteri; nisi necessitas aliquando suadeat, digniores ab inferioris ordinis hominibus efferri.

Sylua vbi supra. nu. 128.

## Defunctum Episcopum qui efferant. Cap. XLVII.

**E**piscopum uerò mortuum ij, qui in Ecclesia Cathedrali dignitates obtinent, & Canonici Sacerdotes, & ij digniores efferant.

## Laicos qui efferant. Cap. XLVIII.

**L**aicum autem laicalis ordinis homines; quod officium etiam, qui laici pialicui confratriæ adscripti sunt, prestare poterunt.

## Lumina in funere quando non extinguenda. Cap. XLIX.

**L**umina, cerei, funalia, intortitiave in funere nè restinguantur; nisi sacro officio, etiam sepulturae, ritè absoluto, atque expleto.

## Missa pro sepeliendo celebranda. Cap. L.

ã Durã.  
i ration.  
diuin. of  
fic. De of  
fic. mor.  
lib. 7. ca.  
35. n. 17.  
Io. de Syl  
ua i trac.  
de Ben.  
par. 1. q.  
5. nu. 123  
& seq. in  
tract. To.  
15. par. 1.

**M**issa, cum mortui corpus sepelitur, a quando commodè fieri potest, pro eo piè celebretur: id quod & Canonum iure, & sacrorum rituum libris cautum est.

Quousque cadauer humatum sit, non à laicis, sed à clericis tantum officium integrè persoluatur. Cap. LI.

**N**e laici, etiam confratres, aut alij societati adscripti, sed Ecclesiastici homines, mortuo, cuius funus agitur, totum officium sepulturae praestent; ita ut, quæ preces, quine sepeliendi ritus ei ex Ecclesiæ instituto, cõsuetudineve adhibentur, eorum omnium officium non ipsi laici, sed Sacerdotes, & clerici eo nomine vocati, perfecte expleant, quoad illius corpus humatum, sepultumve est.

## Dies, quibus anniuersaria non celebrantur. Cap. LII.

b Durã.  
vbi sup.  
nu. 16. &  
seq. vers.  
Anniuer  
sariũ au  
tẽ. Ioã. ð  
Sylua lo  
co supe  
rius cita  
to. num.  
123.

**N**e die Dominico, & festo, b qui Ecclesiæ præcepto, consuetudine, uotove colatur, anniuersaria agantur; quæ si certo aliquo festo, is, qui decessit pro se agi præscripserit; alio proximè præcedenti die, cum pro officij ratione licet, celebrentur.

## Missa conuentualis, quando etiam pro mortuo celebranda.

## Cap. LIII.

**S**i quando autem die Dominico, festo, mortuum efferri, & in sepulturam suam contigerit, pro eo Missam conuentualem, ad præscriptum Romani Ritualis, celebrari licebit.

Qualiter

Qualiter celebranda pro defunctis, à parochio prius denuntientur. Cap. LIIII.

**I**N omni Ecclesia Cathedrali, & Parochiali, singulis dominicis, anniuersaria, quæ in hebdomadam proximè sequentem, in ea Ecclesia celebranda erūt, fidelibus denuntientur. Idem de septimo, & trigésimo, & alio eiusmodi officio præstetur: qua in denuntiatione, Parochus cohortatione illos excitet ad orandum pro mortuis, proposita etiam humana uitæ conditione.

Defuncti non, nisi quot horis elapsis, sepeliendi. Cap. LV.

**D**elatum ad nos est, nonnullas ex eo offensiones oriri, quòd corpora mortuorum, eorumq; præsertim, qui repentina morte decesserunt, in sepulturam nimis præpropere, atque adeo celerius, quàm par est, tradantur: Quibus offensionibus, ut opportunè occurratur; decernimus, nè in posterum corpus aliquod sepeliatur, nisi duodecim saltem horis, postquam spiritum exalauit, Verùm si quem de improviso mors, aut morbi alicuius repentina vis occupauit, is nè in sepulchrum inferatur ante vigésimam quartam huiusmodi repentini euentus horam; nisi secus Episcopo, eive videbitur, cui ipse id curæ dederit.

a Quare certi dies i mortuorum commemoratione feruentur. vide cap. Quia. 13. q. 2. lati<sup>9</sup> de hoc differit Durand. d. lib. 7. d. of. mort. c. 35. nu. 5. & seq. sequitur Io. d. Sylua ubi supra. nu. 118. cum seq.

## De Parochijs. Tit. XVI.

Fontes baptismales qualiter habendi. Cap. I.

**S**ingula Parochiales Ecclesie singulos fontes habebunt; in quibus diligenter toto anno seruetur aqua baptismatis solenni ritu benedicta.

Edictum pro concursu Parochialis vacantis, qualiter proponendum. Cap. II.

**U**M primùm Episcopus Parochialem Ecclesiam vacare cognouerit, ad Cathedralis, & vacantis Ecclesie ianua publicum edictum per totos decem dies ipse propositum esse iubet; quo omnes inuitentur, qui uolent examinari, vel alios examinandos nominare; ut transacto præstituto tempore, examen confici possit; ac deinde orbatò gregi, ex ea formula, quæ in constitutione c. iij. Quinti sancita est, quam seruare omnes integrè debent, idoneus rector præficiatur.

b Cõcil. Trident. Sess. 24. ca. 18. de refor. c. Sub dat. 15. kal. Apr. 1566. nu. 32. i. Bul. fol. 972.

Quando cura parochialis collegio imminet incertæ personæ demandanda, quid ab eo præstandum. Cap. III.

**Q**UAE Ecclesie collegiatæ peculiarem Parochiam habent, neque eius Parochiæ curatio ad certas personas ex officio pertinet; in ijs curet

Episcopus,

Episcopus, ut quibus ea ipsa cura committetur, certum stipendium, aut emolumentum ad eorum vitam honestè sustentandam, ipsius Episcopi arbitrio, à capitulo, vel ab ijs, ad quos spectat, attribuat.

Quæ in prouisione parochialium, eadem, & aliorum beneficiorum aliquod curæ animarum onus habentium, ratio habeatur.

## Cap. IIII.

**Q**uæcumque & examinis, & approbationis, & collationis, prouisionisve ratio, omnisq; alia diligens cautio, in Ecclesijs Parochialibus, cuiquæ ex decreto Tridentino sancita, adhiberi debet; illa ipsa omnis in capellanij, ceterisq; beneficijs Ecclesiasticis, quocumq; nomine nuncupatis, immò Verò in ipsis etiam Ecclesijs, vel Cathedralis, vel collegiatis portionibus, quibus ab institutione, vel consuetudine, aliove quouis iure, & nomine, onus, minusve, animarum curæ, vel exercendæ, vel coadiuandæ incumbit, aut coniunctum est conferendis, in aliove prouisionis eorum modo, teneatur, ac seruetur omnino.

Inopia Parochialium qualiter prouidendum. Cap. V.

**I**llud Episcopus sollicitudinis studio exequatur, ut quibus Ecclesijs Parochialibus, inopia laborantibus, nulla adhuc ratione satis suppeditatum est adiuuenti; ijs, aut beneficiorum Ecclesiasticorum adiunctione, vnioneve, aut primitiarum, decimarumve attributione, aut Parochialis viciniæ incolarum, symbolis, collectisve, aut alia, quæ sibi videbitur, commodiori ratione omnino succurratur, ad a Concilij Tridentini præscriptum.

a. Sec. 24.  
e. 13. ver.  
In Parochialib.  
de refor.

Quæ parochis, & coadiutoribus habitationes habendæ.

## Cap. VI.

**Q**uod in his nostris constitutionibus de adibus parochi, parochiale domicilium nullum habenti, conducendis, decretum est; idem etiam de socij adiuutorisve ad munus parochiale ob quamuis causam ei adiuncti, dativè, habitatione decernimus, & constituimus. Episcopus verò cum ijs, quibuscum oportet, omni iure agat, ut ad eas Ecclesijs parochiali, quam maxime potest, vicinas, & parochi, & coadiutori, etiam quàm primùm illi tradantur, aut, si ita opus esse censuerit, ædificent: intereaq; domicilij conducti pensionem, sumptumve vni, & alteri item suppeditent.

In eadem ecclesia pluribus parochis existentibus, distincta illius cura singulis assignetur. Cap. VII.

**Q**uæ in Ecclesia duo, pluresve parochi in animarum cura gerenda constituti sunt, cum ex parochialibus vel portionibus, vel functionibus, quas præstare debent, sæpe inter eos rixæ, contentiones, ac dissidia, & spiritualia populis damna existant, indeq; populis offensionem exemplarum, scandalaq; afferantur; Episcopus, ut huic rei, à parochiali cura alienæ, & pa-

Sup. de  
Cler. 2.  
grot. c. 2.  
Infra de  
offic. Pa-  
rochi. c.  
20.

rochorum

rochorum disciplina indignè, occurrat; certos parochialis viciniae limites, pro illorum numero, adibus, aut vñs perpetuò distinguat; quos ita distinctos in curam eorum, vnicuiq; pro limitum distinctione, tradat; ita vt intra suos quisq; fines parochialem curam gerat.

Quæ tamen cura, à singulis prædictis communiter obeatur.

Cap. VIII.

**S**I qua verò parochialia officia in illa Ecclesia obiri oportet, quorum officiorum functiones rectè dinidi non posse, aut non expedire censuerit; illa ab ijs singulis æquè, communiterve præstari decernat. Distributa autem parochialis cura officia, si eorum vnus, aut impeditus est, aut adiutore, adiuuatore ob fidelium, qui suæ curæ sunt, multitudinem, aliamve ob causam opus habeat; ab altero, alijsve, sine vlla mora, exceptione, excusatione, prout Episcopus vel Statuerit, vel iusserit, obeantur item, ac præstentur.

Vbi parochialis oneris partitio non expediat, vnus ex ipsis qualiter alijs præficiendus; & de communibus obuentionibus agendum; & per vnumquemq; non interpolatim, sed iugiter deseruiendum. Cap. IX.

**V**BI verò, ea perpetuè parochialis curæ partitioni minus salutariter prospectum, consultumq; fore, item censuerit; eorum vnum, morum gravitate, curæq; gerendæ peritia, atq; vsu præstâtem, alteri, alijsve præficiat: emolumenta item extraordinaria, aliq; id generis, vnde discordiarum semen in illis existit, in vnum, vt nonnullis locis moris est, collata, certo stato tempore inter eos dinidi iubeat; aut aliqua deniq; ratione, quam potiore duxerit, obuiam ea istorum, & discordiæ & negligentiae, qua fit, vt alter in alterum sæpe parochialis muneris curam reijciat. Nec verò vllò vnquam modo patiatur, permittaturve, illos certa quadam hebdomadarum partitione, aliave ratione inter se inita, munus missæ sacrificij in parochiali Ecclesia faciendi, aut reliquas parochialis officij functiones, quæ ab vtroq; etiam diebus eisdem vtiliter præstari possunt, ita inter se diuidere, vt ab vno tantùm eorum, alternatim scilicet, vel per hebdomadas, vel alia temporis vicissitudine præstentur. Non enim ferendum est, vt cui Ecclesiæ parochiali complurium Sacerdotum, ministrorumve stipendia, alimentave olim attributa sunt, quò diligentius, & cautius illorum copia, tum diuinorum officiorum cultui, tum alijs ministerijs, ad spiritualem populi curam necessarijs opportunisve consultum esset illi aut auaritiæ studio, aut dissidio, negligentiaeve ducti; vel onus sibi impositum minoris, quàm par est, æstimantes, perinde ei Ecclesiæ deseruiant, ac si non plures, sed vnus tantùm parochus, animarumve curator, constitutus in illa esset.



Vbi celebratur, ibi ad diuina officia clerici non impediti conueniant. Cap. X.

**S**inguli Sacerdotes, & reliqui inferioris ordinis clerici, in parochialem Ecclesiam, intra cuius fines habitant, si eo tempore diuinis officijs in alia Ecclesia interesse non debent, ad Matutinum, & ad reliqua horaria diuinarum præcum officia, Missarumq; solennia celebranda conueniant, ubi ea celebrantur.

Et si ad alios collatio, ad episcopum tamen editum pro concursu, examen, & delectio pro parochialibus spectat.

Cap. XI.

**V**acante Ecclesia parochiali, cuius conferenda ius non ad Episcopum diæcesanum, sed ad alium, etiam ab Episcopali iurisdictione exemptum, & regularem ius spectat; editum pro concursu proponat Episcopus diæcesanus, & quicumq; examen eo nomine subire volent, ad ipsum conueniant: qui exploratione per examinatores synodales facta, ex probatis digniorem, & magis idoneum deligat, cui vacans illa Ecclesia ab illo conferatur, cuius ius est: si scus fiat, collatio rescissa, nullaq; sit.

Idem quod supra pro parochialibus iurispatronatus, etiam quod institutio per alium fienda sit, seruetur; quæ dum fiet, etiam per episcopum de Vicario qualiter prouidendum erit. Cap. XII.

**E**adem ratio omnis adhibeatur in parochiali ecclesia vacante, quæ iurispatronatus est ecclesiastici, vel mixti, cuius institutio non ad Episcopum diæcesanum, sed ad alium quemcunque, etiam exemptum, & regularem item, ut supra pertinet; ita tamen, ut, quem Episcopus diæcesanus digniorem elegerit, is à patrono presentetur ei, ad quem spectat institutio: si verò ad summum Pontificem institutio spectat, vel quia in mensibus reservatis vacanti, vel alia causa; tunc Episcopus digniorem eligat, ex præscripto earundem litterarum Pij Quinti, à summo Pontifice instituendum. Interea verò dum huius generis examina, & approbationes fiunt, & institutio locum habeat; idem Episcopus diæcesanus idoneum Vicarium, qui onera vacantis illius Ecclesie sustineat, attributa congrua, pro arbitrio suo, fructuum portione constituat, donec ei rector præficiatur.

Non sine quibus causis concursus non est omittendus.

Cap. XIII.

**Q**uamuis Pij Quinti constitutione, sublata non sit facultas illa, quæ in Ecclesijs parochialibus conferendis data est, tum synodo Provinciali addendi, ac detrahendi præscriptæ formæ examinis; tum vnicuique Episcopo, si certis quibusdam de causis pro sua conscientia, cum deputatorum consilio ita expedire censuerit; loco concursus priuatum aliud examina

inueni;

ineundi; videat tamen Episcopus ne facultate sibi data abutatur; neque vero illam adhibeat Episcopus villo modo, nisi opus esse viderit certis illis expressis causis.

Quæ, & quando promulganda, vt singuli ad suas parochias conueniant. Cap. XIII.

**E**T canonum ratio, & disciplina Ecclesiastica id maximè postulat, vt ad Ecclesiam Parochialem fideles quàm frequentissimè conueniant; <sup>b</sup> id quod ab Episcopis accuratè eos moneri œcumenica Synodus Tridentina pie salutariterq; decreuit: eius decreti auctoritate, <sup>c</sup> vt pro eo, quod debemus, placeat obtemperemus, in Usuq; inducamus, quod bene agendi rationibus, vsuq; optimè consultum esse animaduertimus, literas monitionis eo de genere explicatas Prouinciali, prima Dominica Aduētus, & Quadragesimæ, de more promulgari decernimus, quò diligentius Parochiales admoniti, cum officij religio si partes facile intellexerint, quas sua quiq; Ecclesiæ Parochiali debent; incitata quadam voluntatis propensione exequantur; quod de sacrosancti illius Concilij sententia, eos salutariter, & quàm sepius monitos esse volumus.

a c. 1. de Paroc. in decr. Cõcil. Agath. c. 47.  
b Sess. 22 in decreto, de obseru. I celeb. miss. vers. Monent er. & Sess. 24 c. 4. de re for.  
c Infra d̄ celeb. missæ. c. 15. vers. Parochi, populū, & ca. 37. cod.

## DE OFFICIO PAROCHI. Tit. XVII.

Qualiter parochi puerorum eruditioni incumbant. Cap. I.

**P**arochi singulis dominicis, & alijs festis diebus qui Ecclesiæ præcepto agi soleant, pueris singuli in suis parochijs, initia fidei tradant; <sup>d</sup> eosq; ad obedientiam primùm Deo, dein de parentibus præstandam, erudiant; ac propterea à prandio stata hora, proprio campanæ sono, ad id munus assignato, ad Ecclesiam conuocandos curabunt.

d Trid. Synod. Sess. 24. c. 4. vers. ijdem er de refor.

Qualiter verbo pascendi sint subditi. Cap. II.

**I**N Ecclesijs parochialibus, vel alijs curam animarum habentibus saltem omnibus dominicis, & solennibus diebus festis; ieiuniorum autem Quadragesimæ, & Aduētus tempore; quotidie, vel ijs saltem diebus, quibus Episcopus iusserit proprio parochi, & Curato, oues sibi commissas, pro earum sensu, & intelligentia salutaribus verbis pascendas, vel alio, arbitrio Episcopi deputando, cui iuxta solitum victum, & elemosinam dari mandamus.

Qualiter à cathedrali obseruantia non deuiandum. Cap. III.

**O**mnes Ecclesiarum, quæcunque illæ sunt, rectores, in omnibus, & præcipuè in administratione Sacramentorum; ab obseruatione Cathedralis ecclesiæ nulla ex parte discedant.

Cap. IIII.

**S**acerdotes in Sacramentorum administratione semper superpellicem, et Stulam adhibeant.

Populus

Populus pro quibus præcipuè præmonendus. Cap. V.

Infra de  
custodia  
Euchar.  
c. 18.

**P**arochi crebris cohortationibus in id maxime incumbant, ut populus sibi commissus, ad confessionem, & communionem frequenter, præcipuè autem in Natiuitatis Domini, & Pentecostes, ac alijs solennitatibus accedat.

Aegroti qualiter inuisendi, & monendi. Cap. VI.

**A**egrotos verò, etiam non vocati, inuisant, ut ad Sacramentorum susceptionem inducant; & eorum animabus, quacumque ratione possunt, sollicitè consulant.

Recedentes, quos successoribus libros parochiales consignabunt.

Cap. VII.

**S**i Parochi ad aliam ecclesiam transierint, antequam à priore migrent, successoribus libros tradant, in quibus eorum, qui baptizati, confirmati, matrimonio ve iuncti fuerint, nomina describi solent. Qui secus fecerit, grauissime ab Ordinario puniatur.

Liber baptizatorum qualiter habendus, & Episcopo consignandus. Cap. VIII.

**P**arochus librum habeat, diligenterque custodiat, in quo baptizati, parentum, & compatrum nomen, cognomen, diemque natiuitatis, ac baptismi, & an ex legitimis nuptijs procreatus sit, describat; & quot annis singulorum annorum scriptæ eius rationis exemplum, det Episcopo, qui id fideliter obseruandum curabit.

Liber status animarum, qualiter habendus. Cap. IX.

**P**arochus etiam librum habeat, in quo omnium, qui in eius parochia sunt, nomina, & cognomina quamprimum describat, singulorumque sexum, ætatem & statum. In eo deinceps describat, & recenter natos, & mortuos, & in parochiam habitatum venientes, & inde emigrantes; quem librum Episcopo quoties is petierit, vel inspiciendum, vel describendum dabit.

Parochus nouiter accedentes, pauperesque quoquomodo indigentes inquirat; & episcopum commonefaciat; quandoque episcopus parochos per eum admonendos coram se habeat. Cap. X.

**O**bseruabit etiam suæ parochiæ nouos inquilinos, de quibus eorum orthodoxa fide, & Sacramentorum perceptione; de quibus mulieribus, quas secum habuerint, an matrimonij, cognationis, affinitatis vinculo verè coniunctæ sint, an impudicitie nomine suspectæ, ab eo sacerdote in cuius Parochia proximè habitarent, & à parochiæ incolis accuratè cognoscet.

Inquirat autem studiosè de pauperibus suæ Parochiæ, præsertim puellis nu-

bilibus,

bilibus, de viduis, orphanis, pupillis, ægrotis, senio confectis, alijsq; personis temporalibus, vel etiam spirituali misericordia indigentibus; quibus, & ipse pro viribus opitulari, & alios suos exemplo, & hortatu ad id officium incitare studeat.

Præcipue verò de ijs omnibus sape certiozem faciat Episcopum; ut qui communis eorum pater est, ijsdem paternam curam, & pietatem, quacunq; poterit ratione, præstet.

Quamobrem etiam quotannis per sacra quatuor anni tempora, sua Civitatis parochos adhibebit; illis de eorum animarum statu, quarum curæ præpositi sunt, diligenter interrogatis, omnia commemoret, quæ eorum officij munus contineat, eisq; & doctoris diligentiam, & pastoris vigilantiam præstabit.

Edictum contra hæreticos, quando promulgandum. Cap. XI.

Parochi edictum contra hæreticos in singulos annos semel, Quadragesimæ initio, iterum ineunte Domini Adventu, publicè in sua quisq; Parochia, cum in Missa frequentior populus adest, de scripto pronuntient, & promulgent.

Doctrinæ Christianæ sodalitates quomodo instituendæ, vel pro ea aliquid eligendi. Cap. XII.

Quo studiosius Parochi in eam curam, quæ constitutione de fidei initijs, à Parocho tradendis, superius præscripta est, incumbant; id etiam curet Episcopus, ut in singulis diæcesis suæ oppidis, & vicis, doctrinæ Christianæ sodalitas instituatur, quæ in eo munere ipsos parochos adiuuet. Quibus autem locis sodalitas eiusmodi institui non poterit, in ijs duo, tresve homines saltem diligantur, auctoritate grauiore: qui pro Christiana pietate id sollicitudinis suscipiant, ut pueros, adolescentesve ad parochum inducant, à quo in Ecclesia illi fidei rudimentis imbuantur.

Quando monendi, ut vnusquisque in sua parochiali, Eucharistiam sumat. Cap. XIII.

Parochi, cum in Pascha Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, Sacramentum Eucharistiæ administrabunt; antequam illud cuiquam præbeant, ad populum conuersi, denuntient, ut si quis eorum, qui adsunt, Parochiæ suæ incola non est, ad suam quisque parochialem Ecclesiam abeat, vbi, quemadmodum Canonum sanctionibus iussum est, eo tempore Sacramentum Eucharistiam sumat.

Sæpe rus accedentes, quibus temporibus, ut piè reuertantur, parochus admoneat. Cap. XIII.

Parochi verò urbani admoneant, & atque hortentur crebrò eos, qui rursus ire sæpius solent, ut festis diebus illis solennibus, nempe, die Natali Do-

mini,

c. Omnis  
vtriusq;  
sexus. de  
pœnit &  
remiss.

a Cõcil.  
Agathæ.  
Can. 63.  
aliàs 38.  
ut ciues.  
in 2. To.  
Edictum  
est, negli-  
gētes in  
hoc, triē-  
nio eccle-  
siæ cõmu-  
niõne pri-  
uari.

a Vt ad  
maiores  
Ecclesias  
conueni  
ant dini  
tes & po  
tētes, ver  
bum Dei  
audiri,  
monēdi  
sunt, vt  
statutum  
fuit i Cō  
cil. Tice.  
sub Ben.  
3. ver. Do  
ctrina ve  
ro. To. 3.  
b Infra  
de custo  
dia Eu-  
cha. c. 27.

mini, in Quadragesima, & hebdomada sancta, <sup>a</sup> potissimum Pasche tēpore, Ascensionis Domini die, in celebratione Corporis Domini, in die Pentecostes, ruri non habitent; sed in urbe, atque in frequentioribus oppidis; ubi à rustificatione feriat. sacris, & diuinis officijs intersint; de verbo Dei conciones audiant; ceteraq; Christianæ pietatis munera præsent, quæ ab vnoquoque christiano homine debita, solennes, & statim illi dies maxime requirunt.

Quando aliquæ preces dicendæ, dum ad ægrotum acceditur.

Cap. XV.

**P**arochus, cum vel Sacrosanctam Eucharistiam, <sup>b</sup> vel extrema vntionis sanctum oleum ad ægrotum defert; in via septem psalmos ex animo, pieq; dicat, vel alias religiosas preces.

Qualiter reditus sui ad propriam Ecclesiam vnusquisque Episcopum moneat. Cap. XVI.

**Q**UI, impetrata ab Ecclesia sua parochiali discedendi facultate, aliquandiu abfuerit, mensis saltem spatium, postquam redierit, Episcopum de suo ad Ecclesiam reditu certiore faciat: quod si neglexerit, perinde censeatur, ac si non legitime abfuerit.

Indulgentiæ sodalitatibus doctrinæ Christianæ quando promulgandæ, & ad illas consequendas qualiter cohortandus est populus. Cap. XVII.

**Q**UO maior indies concursus, & progressio fiat, ad doctrinæ Christianæ scholas, ad earumq; studium vehementius excitentur iam instituta, & in posterum, Deo iuuante, instituendæ eius rei nomine sodalitates; Indulgentiarum, quæ, & à Pio Quinto, & nuper à Sanctissimo D. N. Gregorio XIII. earum sodalitatibus hominibus concessæ sunt; donum quotannis per Parochos duobus ante Kalendas Maij diebus Dominicis proximis promulgetur, cum frequēs populus adest. Illis autem constitutis Kalendis, earum sodalitatibus homines, vt indulgentias consequantur, confessi, Sacram Eucharistiam sumant; ac processionem prætere agant solenni ritu. Si verò sapienter id promulgari, vel alijs potius certis diebus hæc ab illis agi Episcopus censerit; id constituat arbitrato suo.

Quando aquæ benedictæ renouatio, & aspersio fiat. Cap. XVIII.

**S**ingulis diebus Dominicis Sacerdos, missæ Parochialis sacrum facturus, antequam illud inchoet, aquam, sale aspersam, benedicendo renouet; eamq; vt moris est, aspergat.

Canonicus in parochiali, quam etiam ad vitam præbendæ vnitam obtinet, resideat, & ministret. Cap. XIX.

**Q**uicunque Canonicus Parochialem Ecclesiam obtinet, etiam si vnionis iure, non quidem perpetuò, sed tantum dum ipse viuit, canonice tui, vel

tui, vel præbendæ, quam obtinet, coniunctam teneat; in ea tamen parochiali Ecclesia, vt Summi Pontificis Pij Quinti<sup>a</sup> constitutione sancitum est, resideat; nulli<sup>q</sup> Parochiali muneri desit.

Parochus quam domum inhabitandam curet. Cap. XX.

**S**i quis Parochus, etiam Urbanus, Parochiale domicilium non habet, ubi habitet; b intra illius fines domum conducatur, quam proximè potest Ecclesia, cuius curationi præest: si intra fines domus non est, quam conducere possit; extra, ubi propius Ecclesia potest, conducatur; id<sup>q</sup> iudicio Episcopi.

Etiam habens coadiutorem, in quibus potest, curæ ne desit.

Cap. XX I.

**P**arochus, cui ob imperitiam, aliamve ob causam, Sacerdos alius socius, & coadiutor adiunctus est ad Parochialem curam gerendam, ipse etiam in propria Ecclesia residens adsit; & officia, quorum munus eis interdictum non sit, gregi sibi commissio is etiam præset.

Quando ex libris proprijs parochi testificari liceat. Cap. XXII.

**P**arochus ne vllum testificationis genus è libris suis parochialibus descriptum cuiquam tradat, nisi Episcopi concessu.

Id verò nisi scriptum aliquod sit, quo petenti testificatio fiat de eius etate, vel natalibus.

De quibus, dominicis diebus, monendus est populus. Cap. XXIII.

**D**ominicis diebus, Parochus non solum festos dies populo demutiet; sed etiam illum sape doceat, quæ officia tum in illis, tum in eorum vigilijs colendis, ab eo religiose præstari oporteat. Eidem præterea significet, atque indicet Stationes, & Indulgentias, quæ Episcopi iussu, promulgandæ erunt; & publicam, si quæ aliquando ob aliquam causam indicta est, orationem; & processiones, & officia mortuorum in sua Parochiali Ecclesia obeunda, si quæ eius modi in eam hebdomadam inciderint; vt fideles Parochi sui voce moniti, aut illis intersint; aut, si minus possunt, factis sonctorum illorum officiorum significatione, campanarum sono, cum iam ante commoniti intelligant, quæ precationes, quæve officia in Ecclesia fiant, ipsi etiam quomuis absint, vel domi, vel alio loco vbicunque sint, pie Deum presentur.

Et quoniam præcepit Apostolus, vt fiant omnium primùm obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt; & quietem, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate; Ideo Parochus, fideles, ipsi Dominicis diebus, hoc moneat; vt, antequam ab Ecclesia discedant, pro omnibus infra descriptis, ter orationem Dominicam, & salutationem Angelicam sanctè precando dicant.

Pro fidei christianæ, & Sanctæ Ecclesiæ propagatione, & pro summo Pontifice Romano.

a 15. Iulij 1568. Pontifici sui anno 3. in Bull. nu. 64. fol. 1021.

b Extenditur ad socium, vel adiutorem; ad munus Parochiale, quacunq; de causa adiunctu, supra tit. proximo c. 6.

1. Tim. 2. inter iniuria.

Pro Serenissimo nostro Rege Catholico, & prole regia.

Pro Episcopo, & reliquis pastoribus animarum.

Pro Magistratibus.

Pro peccatoribus, ut flagitiorum suorum penitentes, à Deo veniam petant, & à male agendo auersi, ambulent in via Domini.

Ut heretici redeuntes ad sanitatem, Catholicae Ecclesiae præceptis erudiantur.

Ut infideles ab impietatis errore liberentur, & Christi Domini fidem amplectantur.

Pro defunctis, præsertim quorum corpora in illa parochiali Ecclesia quiescunt, ut à pœnis purgatorij liberentur.

Tum præterea, si quod malum, vel calamitas impendet, iidem faciat. Tum denique, si quid est, quod vel Episcopi admonitu, iussu, vel suæ parochiae hominum, aliquo in commodo laborantium, rogatu, vel alia eiusmodi causa, tunc maxime sanctis orationibus opus esse animaduertit.

Vesperas diebus festis ubi, & qualiter tam urbanus, quam diocesanus parochus recitet: qualemve apud se clericum habeat. Cap. XXIII.

**P**arochus Diocesanus, in sua quisque parochiali Ecclesia, singulis festis diebus, stat a hora, vesperarum officium peragat; idq; earatione. Ut si unum pluresve habeat, quibus adiutoribus utatur, cum illis officij psalmis, & preces, ut ritus est, canat; sin minus quempiam adiutorem habet, voce alta, & clara ita recitet, ut ab ijs, qui praesentes in Ecclesia adsunt, exaudiat. Idem agat Parochus Urbanus, aut in Ecclesia Cathedrali huic muneri satisfaciatur in choro, cum superpelliceo, sub pœna unius aurei quoties solumque contrauerit, legitimo impedimento cessante.

Clericus, quem apud se Parochus habuerit, eiusmodi sit, ut non solum missam inseruire, sed alia etiam omnia præstare possit, quæ veteri Canone decreta sunt.

Qualiter diebus festis, in aliena ecclesia Parochus celebrare prohibetur. Cap. XXV.

**N**e diebus festis, qui præcepto Ecclesiae, aut consuetudine, voto, vel conventu, ad alienam Ecclesiam, missam celebraturus Parochus accedat; nisi ab eo, cui id curæ Episcopus dederit, facultatem scripto exaratum impetierit: Quam facultatem ille tantum ijs det, quos, omnibus bene consideratis, ad missarum solennia, divinaq; officia in Ecclesia, ubi celebras in Urbe, diocesi, sive agitur, ritè concelebranda necessariò esse uiderit.

Abfuturus de alio, qui parochialia munera æque præster, provideat. Cap. XXVI.

**P**arochus, qui festo die ad celebrationem euocatus, abfuturus est; Sacerdotem alium, uel Ordinarium, uel conuictum habeat, qui illo die missam

sacri-

a. e. v. g. l.  
que. ext.  
de vit. &  
hon. cler.  
supra de  
tép. ord.  
c. 33. §. 2.

sacrificium in Ecclesia parochiali faciat; quiq; cetera, ut ipse, si presens ad-  
eset, omnino prestet, ante ab Episcopo in ijs functionibus obeundis probatus.

Abfuturus, si prouidere nequierit, quando hoc ipsum populo signi-  
ficabit. Cap. XXVII.

**S**I uerò Sacerdotem eiusmodi quandoq; habere non poterit; festo die cele-  
britatem, ad quam uocatus est, precedente, populo suo significet, se ob eam  
causam in Ecclesia Parochiali missam celebraturum non esse; sed in ea, ad cu-  
ius celebritatem uocatus est: proinde illum moneat, ut ad eam ipsam Eccle-  
siam, aut aliam propinquorem, ubi missæ sacrificio intersint, se conferant.

Concelebrationibus solennibus interesse volentes Parochi,  
debita prius in sua Ecclesia præstabunt.

Cap. XXVIII.

**C**Um autem pro Ecclesia, in qua celebritas agitur, amplitudine, & digni-  
tate, aliquando ad solennitatem concelebrandam, Sacerdotibus pluri-  
bus opus erit; alijs item aliquod Sacerdotibus, etiam Parochis; Episcopus  
hoc det, ut in Ecclesijs suis primùm sacro peracto; siq; Parochi sint, habita  
etiam concione, ac alijs præstitis, quæ inter missarum solennia ab ipsis pro  
Parochialis curæ munere præstari debent; tum ad Ecclesiam ubi solennitas  
celebratur, proficiscantur, illius rectorem in diuinis concelebrandis officijs  
adiuturi; nec uerò desint Ecclesiæ suæ reliquis eo die obeundis Parochialibus  
muneribus, & officijs.

In euocandis clericis ad concelebrationes, qui ordo seruandus.

Cap. XXIX.

**I**N euocandis quidem, admittendis uel Sacerdotibus, & Clericis ad dierum  
festorum celebritates, ratio, atque ordo seruetur, in decreto de exequijs, eo-  
rundem euocationi præscriptus, ad funera concelebranda.

Sup. de  
sepultru-  
ris. c. 26.

Qualiter in choro induti. Cap. XXX.

**I**lli porro omnes, qui euocabuntur, in choro, dum diuina officia fiunt, super-  
pelliceo mundo decenter induti, semper adsint.

In abigendis tempestatibus, quæ à parcho præstanda.

Cap. XXXI.

**P**arochi in primis sit, cum in Ecclesia sua officium, contra nimbos, & tem-  
pestates religiosè præstare ad præscriptum libri ritualis, aut Sacerdotalis;  
tum sollicitè conuocare clericos & populum; ut ob eam causam Deum san-  
ctè precaturi, ad Ecclesiam frequentes concurrant: Idq; ipsum prout in  
concionando usu uenerit, aliquando fideles paternè, diligenterq; monere  
meminerit.

Vide inf.  
de custo-  
dia Eu-  
charistie  
c. 9. & de  
oratione  
Vesperti-  
na. ca. 11.



## Quos sibi comparent libros. Cap. XXXII.

**P**arochi præterea, vt, & concionando, & docendo fideles sibi commissos, salutaribus institutis, sancta q̄ disciplina instituere possint; eos sibi libros, cum per facultates possunt, comparare studeant, qui à probatis auctoribus, piè, & doctè conscripti, viam, & rationes aperiant, partim ad sanctissimam sacrarum literarum explicationem, optimamq̄ concionandi normam; partim ad spiritualis vitæ institutionem, virtutumq̄ Christianarum exercitationes; tum denique ad Parochialis Ecclesiæ curam sanctè, & religiosè gerendam.

## Qualiter, &amp; quis progressus parochorum ab Episcopo indagandus. Cap. XXXIII.

Infra de  
celebrat.  
missæ. ca.  
75.

**E**orum autem in pascendo populo verbi Dei prædicatione, industria, & doctrina, & in eo genere salutaris progressus, ab Episcopo cognoscatur, vel illis in Episcopales ades, aliove aliquando coram se ad concionandum, euocatis; vel etiam ex sermonibus, quos habuerint aliquando ad ipsum Episcopum missis, vt olim sancitum est; vel alia omni ratione, quam inierit idem Episcopus.

## Episcopis inferiores qualiter concionari debent. Cap. XXXIII.

**P**arochi, Prepositi, & alij Episcopis inferiores, cum in altari prædicabunt; tum capite aperto stare debebunt, ad Sacerdotalis libri præscriptum.

Quod autem facilius à frequenti populo audiantur, suggestum eos ascendere opportunius erit.

In suggestu concionem, aut sermonem cum habent, aperto sint capite, & sedeant, aut stent, prout maluerint.

## Novæ sodalitates doctrinæ christianæ vbi, &amp; per quos erigendæ.

## Cap. XXXV.

**V**icunque in diocesis pagis, aut vicis, præsertim frequentioribus, quoniam ab Ecclesia parochiali aliquantulum ea loca distent, aliamve ob causam Episcopus expedire censuerit, scholas doctrinæ christianæ institui, erigere, præter eas, quæ Parochialis Ecclesiæ loco institutæ sunt; Vicarij Foranei diligentia, & parochi cura quamprimum illæ instituantur, in Ecclesia, capella, oratoriove illis propinquiori, aut commodiori; tum maxime opera, & adiumento Sacerdotum, & clericorum quorumcunque illius pagi, vicillocive.

Impedito accessu ad parochialem, quomodo, vt à doctrina Christiana non desistatur, providendum. Cap. XXXVI.

**S**i quando præterea in diocesi per pluiæ uim, niues, aliamve temporis grauitatem, uig, aut itineris difficultati adiunctam, ad eiusmodi scho-

las, in parochiali Ecclesia, qui debent, conuenire difficilins possunt; eiusmodi Vicarij, & Parochi cura sit, vt tunc in oratorijs, vel capellis propinquioribus, aut saltem, si id non potest, alio honesto loco, per clericum idoneum, seu per alios scholę sodales, & vitę, & doctrinę Christianę studio instructiores, aliqua tum tradendę, tum percipiendę eiusmodi doctrinę exercitatio fiat; ne ob vllam causam statis diebus hoc institutum, atque pabuli spiritalis usus illis desit.

Qualiter quicumque clerici diebus festis doctrinę Christianę operam dabunt. Cap. XXXVII.

**C**lerici quicumque Dominicis, festisq; diebus, qua hora in choro diuinis officijs concelebrandis astricti non sunt, Parochum, intra cuius Parochię fines habitant, in doctrinę Christianę scholis, vbicunque loci intra fines illius Parochię constitutis, adiuent: Idq; in urbe & diœcesi ad præscriptū eorum, quibus id curę ab Episcopo datum erit; cui significare curabunt, si quis huic muneri defuerit.

Vfus quòd pueri, vbi primùm in Ecclesiam introducuntur, benedicantur, qualiter introducendus.

Cap. XXXVIII.

**Q**uod p̄i instituti, sanctęq; consuetudinis est, in usum ubiq; restitui, introducere nos in Domino cupientes, monemus, à Parocho, ubi primùm Parochię suę pueri in Ecclesiam introducuntur, illis pia precatione benedicti ad Sacerdotis, ritualisve libri præscriptum.

Hoc autem ut diligentius præstet, aliquando prout usu uenerit, Parochialis suę Ecclesię fideles instituti huius, & consuetudinis admoneat.

Corpus Domini ad ægrum, à quibus deferendum.

Cap. XXXIX.

**A**d ægrum Parochus ipse, nisi in ualetudine, aliave necessaria causa impeditus sit, corpus Domini deferat. Si uerò aliquando in hoc ministerio necesse habet alio Sacerdote uti; ne alio, si potest, utatur, nisi quem ad confessiones audiendas, concessa scriptis facultate, Episcopus probauerit, idoneūq; iudicauerit; cum sæpe contingat, ægrum cui sanctissimum corpus Domini deferretur, iterum confiteri uelle, propterea quòd post peractam confessionem aliquid commiserit, uel ante commissum meminerit.

Qualiter ægrotantibus sæpius poscentibus Eucharistiam ne denegent. Cap. XL.

**A**ægrotantibus, etiam sine mortis periculo sacrę Eucharistię frequentius sumendę desiderio flagrantibus; ijs præsertim, qui dum integra ualetudine sunt, frequenti Sacramentorum usu, se religiosę, salutariterq; pascunt; ne Parochus, quantum per alias necessarias in Parochiali munere occupatio-

Vid. inf. de custo- dia Eu- charistię c. 27.

nes sibi licet, spirituale illam consolationem, salutaremque adiuumentum, religiosa preparatione ab eisdem adhibita, deneget.

Qualiter inunctus ægrotus sit excitandus, & orationibus subleuandus. Cap. X L I.

Vide infra, de custodia Eucharistie. c. 27

**P**arochus, ubi Sacramentum extremae unctiois ægro ministrarit; dum ille sermonis, & sensum usum non amisit; cum breuibus, & suauibus, ardentibusque verbis, excitare ad desiderium vitæ æternæ, & ad spem de diuina misericordia concipiendam, ne opportunè desistat; tum, cum propè moribundus est, in illius animæ commendatione, quam maxime potest, intima animi pietate statas religiosas, sanctasque preces recitet.

Curetque toto eo tempore, ut domestici simul omnes, qui adsunt, pro eo Deo piè precentur.

Superuiuente adhuc aliquandiu ægroto quid præstandum. Cap. X L I I.

**V**bi hoc officium piè, accurateque præstiterit, si æger adhuc viuit aut animam agit; ne eidem præsens adesse, omniaque salutaria officia præstare omittat. Si verò adesse aliquando non potest, vel quia alijs grauiter ægrotantibus, Sacramenta ministrare necesse habet; vel quia necessarijs parochialis curæ occupationibus alijs impeditur; tunc ea pietatis officia illi à sacerdote si quis alius eo loco est, sollicitè præstare curet.

Ad quod etiam officium, sibi hoc subsidium, cum opus est, comparet, ut confratriæ Sanctissimi Sacramenti; aut doctrinæ Christianæ, homines aliquos, parochiali sua diligentia, ad consolationis, & spei excitandæ officia, aliisque eiusmodi, instructos adhibeat.

Hoc etiam parochus domesticos, qui ægroti curam habent, moneat; ut ne post extremae quidem unctiois Sacramentum, quod ei ipse ministrauerit, corporis curam deserant.

Diligentia parochorum circa ægrotos qualiter, & à quibus perscrutanda. Cap. X L I I I.

**S**ingulis mensibus, in diocesi vnusquisque Vicarius foraneus, & in vrbe præfectus regionalis, aut alius, cui id muneris Episcopus dederit, à suis regionis parochis, de illis perquirat, qui obierint; usque animam agentibus, an ipsi præsentibus adfuerint; an curæ, & pietatis officia omnia eisdem moribundis præstiterint; tum ubi opportunè in mortuorum agnatos, affinesve incidit, parochialium sacerdotum, debitum officium, ab illis diligentius recognoscat.

Quòd si eos negligentiores esse animaduertit, ubi primum illos, ut parochus est, reprehenderit, tum eorum negligentiam, culpamve ad Episcopum deferat.

Epi-

Episcopalis benedictio moribundis suggerenda. Cap. XLIIII.

**P**arochus verò fidelibus propè morituris suggerat, vt, ex hoc sæculo antequam migrent, qui presertim in vrbe sunt, aut alio loco, in quo Episcopus sit, ad illum, certum hominem mittant, qui eis Episcopalem benedictionem petat.

Qua hora, & quo interuallo campanis pulsatis sacrum fiat.

Cap. XLV.

**M**issa parochialis sacrificium die festo, circiter duabus post solis ortum horis, alijs etiam diebus ea hora, quæ populo vniuerso, pro loci ratione, Episcopi arbitrio, magis accommodata erit, in omni Ecclesia parochiali celebretur; datis semper ante statas campanæ signis; usq; horæ dimidiæ interuallo distinctis, vt in tempore populus conuenire possit.

Qua hora præter parochum, celebrabitur. Cap. XLVI.

**S**i præter parochum, alius etiam sacerdos sit, qui in ea ecclesia, Missæ sacrificium facere debet, id omni die in aurora celebret; vt qui iter facere, vel aliud quicquam, ruri presertim, agere necesse habent, interesse possint, neque propterea omittant.

Modus deferendæ elemosynæ pro celebratione missarum publicandus. Cap. XLVII.

**Q**ui parochi propè eas ecclesias habitant, vbi pro missis celebrandis in certis solennitatibus multæ elemosynæ largiuntur, id, populum, suæ curæ commissum, diebus presertim, qui proximè præcedunt, illos certos dies frequentioris elemosynæ moneant, vt in nostris constitutionibus, constituta elemosynas eiusmodi recipiendi ratione; quas elemosynas Missarum celebrationi dare quisq; velit, eas non sacerdotibus, aut clericis tradat, vel alijs, sed in capsulam deferant, eo nomine constitutam.

Munera parochialia per parochum, & non per alium obeunda.

Cap. XLVIII.

**P**arochialis curæ munera, atque officia non per alios, sed ipsimet parochi animarumve curatores, obeant, ac præstent: nisi sint, qui aliquando iustæ causa ab Episcopo approbata impediuntur, aut etiã prohibeantur. Siquis non paruerit; tum fructibus beneficij multetur, pro rata temporis, & officij sui prætermissi, tum alijs etiam pænis plectatur, arbitrati Episcopi.

Quicumque etiam canonici parochorum coadiutores residere, & per se munus suum obire cogantur. Cap. XLIX.

**S**acerdotes Capellani, alijsve, quocunque nomine nuncupati, etiam Canonici ecclesiæ Cathedralis, collegiatæve, qui vel institutione, vel consuetu-

dine, vel alio iure, parochum, aliumve animarum Curatorem, in eo curatio-  
ris munere adiuuare debent, ab Episcopo in illius ecclesie, vbi eiusmodi cura  
geritur, statione vti, residereq̄, ac sua munera per se obire cogantur.

Canonicus simul & parochus, quę, aliàs plectendus, prestare  
debeat. Cap. L.

**V**Su compertum est, non sine magno detrimento salutis animarum gu-  
bernationis, parochos, dum alia munera quęstus cupiditate, aliavē cau-  
sa ducti suscipiunt, exercentve, multiplicem illam, & assiduam, quam anima-  
bus sibi commissis debent, sollicitudinem, parochialesq̄, curas, & officia sepe  
intermittere, interdumq̄, etiam planē deserere; aut certē ita aliquando di-  
strahi, & auocari, impediriue, vt illa neque suo tempore, neque qua debent,  
ratione, & cura presentent; ac festis præsertim, alijsq̄, diebus, quas maximē ho-  
ras, & in confessionibus audiendis, & in sacra Eucharistia Sacramento mini-  
strando, & in eorum sacramentorum frequenti vsu non instituendo, aut con-  
seruando solūm, sed etiam augendo, & in pascendis verbis Dei fidelibus, &  
in frequenti sacrificij missę oblatione, & in vesperarum officio canendo, &  
in Christianorum rudimentorum doctrina tradenda, & in componendis con-  
trouersijs, conciliandisq̄, suorum populorum inter se animis, et in alijs denique  
parochialis curę officijs, opportuno tempore prestandis, ponere deberent; eas  
horas ob quęstus studium, aliamve causam traducere, vel ad diuina officia,  
canonicasve horarias, preces in alia ecclesia, in qua præsertim iam Canonici  
sunt, obeundas, vel ad musici partes, officiumq̄, gerendum, vel ad literarium  
ludum exercendum, ac ad disciplinas etiam profanas pueris, adolescentibus-  
ve tradendas. Quamobrem hæc decernimus.

Prosequutio prædictorum. Cap. L I.

**Q**ui dignitatem, vel Canonicatum habet, & parochus etiam est, aut alia  
quacunque ratione animarum curatione astrictus est; si in adibus paro-  
chialibus non habitat, ibi cibum, somnumq̄, capiendū, vt de parochis etiam  
decretum est; aut si officijs supra descriptis, alijsve, quę tanquam animarum  
curator, parochusq̄, in Ecclesia sua parochiali prestare debet, obeundis, ali-  
quo modo defuerit; aut ea, non stans, & ab Episcopo præscriptis horis, aut  
non illa, qua ceteri parochi debent, ratione, omnino præstitit; Episcopi  
arbitratu puniatur.

Parochus musicam in aliena Ecclesia qualiter non exercent.

Cap. L I I.

**N**E item parochus, vel alius quiuis sacerdos, qui animarum curam quo-  
nis nomine gerit; cantoris, aut musici munus, parte sive in Ecclesia Ca-  
thedralli, nec verō in alia suscipiat, exercentve; nisi aliud ob causam Episco-  
pus indicauerit.

Quan-

Quando etiam ludum literarium non exerceat. Cap. LIII.

**N**equē præterea literarium ludum domi suæ, aliove loco aperiat, exerceatve, nisi ob parochi inopiam, aliquando aliud Episcopus scripto concesserit: qui tamen hoc munus extra parochiæ suæ fines exercenti, nullo modo facultatem det.

Neque pueros sibi in disciplinam traditos, certa pacta mercede, domi suæ vlllo modo suscipiat, atque alat. At Clericos, qui sibi adiumento sint, literis, disciplinaq̄, Ecclesiastica erudire curet; item pauperes aliquos parochialis curæ suæ pueros, qui ad idem aspirent, quive aliam nullam facultatem primâ ipsa literarum rudimenta percipiendi habent, si eius rei potestatem scripto exaratam ab Episcopo habuerit.

Parochi, vt dignoscantur, qualiter caputium gerant.

Cap. LIIII.

**P**arochi in Vrbe, & in Oppidis, saltem insignioribus constituti, vt à reliquis sacerdotibus animarum curam non gerentibus internoscantur, caputium, quod est proprium eorum insigne, in humeris ferant, cū domo exeunt, supra æxteriorem vestem; cum processiones, aliasq̄, eiusmodi publicas actiones obeunt, supra superpelliceum; liceat tamen Episcopo, ab hoc decreto eximere, qui in Ecclesijs Cathedralibus, dignitatem, Canoniatumve item legitime obtinent, quamdiu illam, illumve retinebunt; non autem, si qui deinceps ulla quauis causa, modo ve obtinuerint.

Quando parochis debiti conuentus menstrui remittantur, & qualiter. Cap. LV.

**P**RO locorum, & temporum ratione, id ab Episcopo suis diæcesanis parochis permitti, concedere liceat, ut Decembri, & Ianuario mensibus, ob dierum breuitatem, itineris difficultati coniunctam, sacerdotales illos conuentus ipsi non habeant, quos in singulos menses haberi decreuimus; ita tamen, ut alijs deinceps mensibus, quibus commodius haberi poterunt, resarciatur, & præstetur quicquid intermissum est, frequentioribus conuentibus, & omni alia diligenti ratione.

Quando patres familias conuocati per parochum ex præscripto, & aliter instituendi sunt. Cap. LVI.

**Q**VO studiosius populus in officijs Christianæ pietatis instituatur, ex diuinâq̄ legis præceptis institutum vitæ genus sequatur; id parochus præstet, vt aliquando ineunte præsertim Aduentu, & Quadragesima, patres familias, suæ parochiæ omnes ad Ecclesiam parochialē conuocet, hora, quâ commodam is censuerit: Qui in patrum familias conuentu, tum constitutionem de patrum familias officio, familiæq̄, institutione editam,

de scri-

de scripto legat, singulasq; eius partes explicet, tum alia præterea doceat, quæ opportuna existimauerit, quibus illi se, familiamq; suam in Christiana vitæ disciplina conformet; ex præscripto etiam regularum, & instructionum, quæ eo nomine auctoritate Illustrissimi Domini mei edita fuerunt.

Cura pauperum, & eleemosynarum eis debitarum habenda.

Cap. LVII.

**P**arochus, tanquam parochiæ suæ pauperum pater, sæpe paternè, diligenterq; perquirat, primùm an si quæ in parochialis suæ viciniae finibus eleemosynæ sint, quæ vel à piorum locorum curatoribus, vel ab aliquo Collegio, vniuersitateve, vel ab ulla familia, vel à singulis hominibus in pauperum vsum, aut sustentationem erogari quouis nomine debeant: præterea videat, an illarum, & erogatio fiat in eos ipsos, qui verè egentes, pauperesq; sunt; anq; etiam illud, quod, qualeve eleemosynæ nomine in illos conferri debet, integrè, sincereq; totum conferatur, erogetur, ac distribuatur.

Mendicantium vagantium, pro commissa sibi cura, quæ Episcopus, à parochis perquirat, & obseruari mandet.

Cap. LVIII.

**V**BI mendicorum vagantium, & curæ spirituali, & victui necessariorum vita consultum non est, vt certo scilicet quodam pio loco collecti, non mendicatum victum ipsi quaerant, sed ex aliena misericordia ibi habeant, vnde se sustentent; Episcopus quod Concilio prouinciali secundo eorundem vita, moribusq; præscriptum est, in eo exequendo illam inire rationem curet; vt certo præcipuo libro per singulos parochos illi, si qui eiusmodi intra parochiæ fines sunt, tum alij etiam alia ratione, accuratè ordinèq; describantur.

Hæc verò sedulo ab iisdem Parochis obseruari mandet:

Quod, aut vnde illi migrent.

Quod vitæ christianæ institutum teneant.

An fidei rudimenta norint.

An diebus festis saltem Missæ sacrificio intersint.

An sæpè confessi, crebrò etiam per annum, aut certè saltem constituto Paschæ tempore, Sacram Eucharistiam sumant.

Quos neque libro descriptos, neque in Pascha confessos communicasse, eo animaduertent, quod certum chyrographum non ostendant, quo se confessos, & Sacram Communionem sumpsisse testatum faciant; nè pro parochialis Ecclesiæ suæ foribus, nec intra parochiæ fines eos mendicare, parochi permittant; omnemq; propterea cautionem, quantum in se est, adhibeant.

Quos doctrinæ Christianæ rudes, & mendicos vagantes viderint, festis diebus, statâ hora, ad eiusdem doctrinæ scholas conuenire diligenter curent, eosdemq; instruant.

Turon.  
Synod.  
2. Can.  
5. in To.  
2. Cõciliorum  
cautum  
est, vt vnaqueq;  
ciuitas.  
Pauperes  
incolas  
alar.  
secundũ  
vires, vt  
- à vicini  
psbyteri,  
q; ciues  
oēs suũ  
paupere  
pascant,  
quo fiet, vt  
ipsi pauperes,  
p alias  
ciuitates  
non vagentur.

Modi,

Modi, quibus parochi, confessarij, & concionatores, populos ad sciendum præsertim necessaria doctrinæ Christianæ diligenter inducant. Cap. LIX.

**A**D salutem cum omnibus fidelibus admodum necessarium sit, Christianæ fidei rudimenta scire; tum certè huius in primis diœcesis populis, qui hæreticis finitimi, nisi in fidei fundamentis firmi fuerint, ac stabiles, summopere verendum esset, nè fortè ab eis in aliquam impietatis, ac nefariæ doctrinæ fraudem, facilius adducerentur: quam obrem Antecessores nostri, & nos multam hætenus diligentiam adhibuimus, vt omnes, ac singuli Christi fideles in fidei Christianæ rudimentorum institutione erudirètur. Sed cum parùm hucusq; profecisse tanta in re cognouerimus; negotij, periculiq; magnitudine adducti, hæc præterea decernimus:

Primò omnibus, singulisq; animarum curatoribus, & cæteris confessorijs, siue secularibus, siue regularibus, in virtute sanctæ Obedientiæ præcipimus, vt faciant, antequam confessiones audiant, Orationem Dominicam, Angelicam salutationem, symbolum fidei, & decem præcepta Dei, quæ decalogo continentur, ut pœnitentes recitent, ac ipsis audientibus referant: Nisi pœnitentes tales sint, quos confessorius id non ignorare credat. Quarum rerum si quos ignaros, rudesve offenderint; hanc eorum spirituales socordiam acriter reprehendant; ostendantq; quàm grauis esse debeat illorum conscientia, ignoratio rerum, quæ ad salutem tantoperè necessariæ sunt. Cum autem eos absoluunt, præter alias pœnitentias, & actiones satisfactorias, id etiã imponant, vt quatuor hæc saltem potissima doctrinæ Christianæ capita in posterum accuratè ediscant; certo illius, pro arbitrato suo, præfinito congruo tempore; quod tamen ob necessariam aliquam causam semel, aut ad summum iterum prorogari liceat. Eo autem temporis spatio confecto, si eadem adhuc illos ignorare viderint; tunc nè illorum confessionem audiant nisi consilio, & assensu, aut Vicarij Foranei, si diœcesani sunt; aut illorum, quos huic curæ in Ciuitate Episcopus præfecerit, si in ciuitate viuunt. Si qui verò semel ita admissi ad Sacramentum pœnitentiæ, eos postea in rudi hac, crassaq; ignorantia persistere compertum erit; de ijs ad Episcopum ipsum referatur, antequam amplius admittantur: qui illorum saluti diligentius, & efficacius consulat, vt viderit in Domino expedire.

Quò facilius porro perniciosæ huius ignorationis incommodo occurratur, neque aliqua fideles excusatione suam negligentiam prætexant; illud eisdem animarum curatoribus mandamus, vt die festo, uel intra Missarum solennia, uel in vesperis, aut paulò ante, si frequentior tunc fidelium multitudo præsens in Ecclesia aderit, clara voce, ac disertis, distinctisq; verbis, quæ ab omnibus exaudiantur, modò vnum, modò alterum, aliquando plura ex ijs præcipuis doctrinæ Christianæ capitibus, prout opportunius sibi videbitur, recitent; simulq; vniuersos, qui aderunt, hortentur, vt eadem verba, qui-

bus ipsi



bus ipsi præbunt, illi simul referant.

Et uerò, quòd populus doctrinæ Christianæ præceptis, atq; institutis in dies instructior fiat; idem Parochi illo tempore nunc unam, nunc alteram eorum dem quatuor illius doctrinæ capitum partem, studiosè explicent. Quæ in re Catechismi Romani, aliorumq; probatorum auctorum, qui in hoc genere piè, diligenterq; versati sunt, doctrinam potissimùm sequantur.

Nec uerò propterea his, quæ nunc decernimus, quicquam detractum, derogatumue sit; quominus tum qui pro capite suo apti sunt maiori eruditioni aut pro ratione status sui explicatius, & plenius uniuersam doctrinam Christianam discere debent, præstent quod debent; tum Parochi, alijsq; ad quos illam docere spectat, cumulatè præstent quacumque in hoc genere olim decretum est, ab illis præstari debere; & reliquas præterea omnes sui muneris partes.

Porrò Confessarij grauissimam pœnitentiam imponant; itemq; concionatores, & parochi diuinam ultionem denuntient, & patribus familias, & dominis; qui nulla, aut saltem parua diligentia adhibita, omnem rationem nesciunt, ut sui liberi, ac famuli Christianam doctrinam addiscant; neque eis, quos in famulatu habent, tantùm diebus saltem festis vacui temporis concedunt, quo in Ecclesias, aliave loca pia, ubi ea doctrina traditur, ad illam percipiendam conuenire possint.

Quando, & pro quibus per parochos præsertim, reuocandus, & moneendus est populus. Cap. LXI.

a Cõcil.  
Agathæ.  
decreto.  
31. To. 2.  
relato in  
Decre. c.  
Placuit.  
90. dist.  
inter oēs  
fideles  
pax, &  
cõcordia  
esse dēt,  
sine qua  
nemo  
Deum ui  
debit.  
Hebr. 12  
Concil.  
Cabilo.  
2. Can.  
20. To. 3.  
c. studen  
dum 90.  
dist. Ca  
bilonen.  
Conci. 2.  
ca. 37. cū  
igitur.  
Tom. 3.

**P**ARROCHI hebdomada Quadragesimæ initium proximè præcedente, populum curæ suæ commissum ad se conuocent: tum hæc cum illo grauiter, sollicitèq; agant, prout antiqui, religiosiq; instituti, & consuetudinis in Ecclesia sancta fuit.

Ut canonica auctoritate reconcilient, si quos in eo dissidentes scierint; discensionum semina extirpare studentes.

Concubinarios homines ab illa peccandi libidine, ut maximè possunt, reuocent: proinde sanctiones Episcopales, eo de genere hominum editas, cum de scripto legant, tum communi sermone planius explicent.

Singulos denique à Christiana uiuendi uia aberrantes, ad semitam iustitiæ, & salutis studiosè perducant.

De humilitate, patientia, castitate, benignitate, misericordia, elemosinis, pœnitentia, ceterisq; Christianæ religionis uirtutibus, omnes accuratè commonefaciant, ut Cabilonensis Concilij Canone piè, utiliterq; cautum est.

Quibuscunq; actionibus ad præmittendas orationes populi qualiter instruendi. Cap. LXII.

**N**ON decet Christianum hominem opus aliquod ante suscipere, aggredivere, quàm Dei auxilium religiosi precibus imploret. Dixit enim

enim Dominus, a Sine me nihil potestis facere.

Parochus igitur, cuius est populum ad optima quæq; instituta erudire; cōcionator item, illum, prout vsu venerit, cohortetur, ac moneat, vt neque publice, neque priuatim quicquam aggrediatur, nisi primò sanctis precibus Deo adhibitis.

Neque cibum sumant, anteaquam stata prece benedicant: post cibum item, Domino gratias precatione agant: Id enim à nobis expectat, qui nos pascit Deus, vt pro præstitis ab eo escis, illi gratias referamus, & saturati donis ipsius, laudes ei dicamus, inquit Sanctissimus Ambrosius.

In die candelarum, cinerum, & palmarum, ac circa agnos Dei Benedictos aduertenda. Cap. LXIII.

**P**arochus diligenter consideret, quæ piè tradidit Illustrissimus Dominus meus in suo Concilio Quinto Provinciali, circa ea, quæ Parochi agere debent, & docere in die Candelarum, Cinerum, & Palmarum, ac etiam quæ sint obseruanda, ob maiorem reuerentiam, ad Agnos Dei per Summum Pontificem benedictos.

Sine habitu decenti, ad sacramenta nemo accedere permittatur.

Cap. LXIII.

**V**T Sanctissimis Sacramentis debitus religionis cultus, etiam externus ab ijs tribuatur, qui ea suscipiunt; nè Parochus patiatur quemquam ad illa suscipienda accedere, nisi exteriori quoque habitu, vestiumq; modestia debitam illis venerationem, ac reuerentiam præferat; curetq; diligenter tradita per Dominum meum in suis instructionibus.

Infirmi propriæ parochiæ quomodo visitandi. Cap. LXV.

**Q**uod Concilio Agathensi cautū est, id vnusquisq; Parochus præstare curet; vt Missæ sacrificio peractō, si quos in Parochiali vicinia agrotos habet, frequenter, atq; adeo quotidie, quātum per aliàs sue cure parochialis occupationes potest, inuisat; atq; eisdem præstet, quæ sunt sollicitudinis, munerisq; Parochialis officia, prout opus esse viderit.

Liber descriptionis obsequiorum circa agrotos, & dierum mortis ipsorum, qualiter habendus. Cap. LXVI.

**V**T Episcopo, eiusq; Vicarijs, aut Visitatoribus aliquando constet diligens Parochorum in salutaribus illis officijs, quæ fidelibus agrotantibus illi debent, curæ eorum vnusquisq; librum præcipuum habeat, in quo sigillatim, & præscribat singulis diebus parochiæ suæ incolas, qui mortem obierint, & quæ sacramenta eorum vniciq; ministrarit; & præterea,

1. Tom. Concil. ad ipsum enim prius est confugiendum, qui nostræ curare possit animæ passionem, ait D. Greg. in cap. omnis. de consecr. dist. 1.

a Ioan. 15. nō enim sumus sufficientes cogitare aliqd ex nobis tāquam ex nobis.

2. Cor. 3. si homo ex se nō est sufficiens ad cogitādū bonū, qd est minimū inter opera, qd ad agendum poterit? omnia hominis bona tā corporalia, q̄ spiritalia, à Deo sunt.

Concil. Milcuit. cap. 5. in Tom. 1. vbi declarat istud, Sine me nihil potestis facere. Accedit illud. Quæ rite primum regnū Dei, & iustitiā eius, & hæc omnia adijciuntur vobis.

Matt. 6. Ad idem Concil. Arausican. circa tempora Leonis. P. 1. cap. 7. in

quando

quando commendationis animæ officium præstiterit; & quo die hæc singula ministrarit.

Qualiter synodus populo denuntiandus, & quomodo propterea præparatus orationes effundat, admonendus.

Cap. LXVI.

**S**ynodalis actio, aliquot ante diebus per Parochos populo denuntietur; eorumque uniuscuiusque officium sit, parochialis suæ Ecclesiæ homines docere, tum quam sanctum, salutareque sit, synodalis diæcesana actionis institutum; tum quam ob causam quotannis ea actio suscipiatur.

Quo de genere editas ab Episcopo literas parochus suo quisque populo, cum in Missæ parochialis sacrificio is frequens adest, accuratè legat; cui muneri adiungat hoc etiam paternæ cohortationis officium: quo non modo illum ercitet ad frequentius orationis studium, synodalibus illis diebus adhibendum, sed etiam ad id singulos inflammet; ut die Dominico, statam synodalem die antecedente, verè pœnitentes, & confessi, Sacram communionem sumant; hoc præcipuè precantes, ut quæ ad eorum salutem pertinent, Dei auxiliante misericordia, per Episcopum in Synodo diligenter, sanctèque, agantur.

Qualiter curent, ut mulieres pomposa, & vana, ac in primis caudatas vestes deponant. Cap. LXVIII.

**P**arochi singuli, quam maximam possunt, in eo sollicitudinem, persuedendi; studium adhibeant, ut omnem luxum, <sup>a</sup> cincinnorum ornamentum, in aures, (quod signum diaboli Sanctus Augustinus nominat,) fucum, & vestes in primis, quas caudatas dicunt, Parochiæ suæ mulieres omnino deponant. <sup>b</sup> Qua in re persuedenda argumentorum vim, rationumque monumenta sibi comparent, cum ex S. Ambrosij illarum luxu grauius exagitantis libris, <sup>c</sup> tum ex S. Chrysostomi, aliorumque patrum monumentis, in primisque, ex homelia, quam eo de genere grauiissimam vir doctissimus, idemque religiosissimus, Iacobus Vitriacus. S. R. E. Cardinalis olim habuit.

Hoc autem omne vsque adeo ab Ecclesia uetitum esse, ille ipse affirmat; ut si caudatæ ad Ecclesiam accederent, sacra communione interdicerentur.

Proximiior parochus Sacerdotis ægotantis qualiter curam gerat, & de hoc superiores admoneat. Cap. LXIX.

**D**e cura Parocho ægotanti præstanda in ijs, <sup>d</sup> quæ ad salutem animæ pertinent, iam supra constitutum est: & quoniam charitatis officium est, rationem etiam haberi curationis corporis; hoc decreto i-

<sup>a</sup> In mulieribus vana, vehementer inuehitur.

<sup>b</sup> Philosoph. in 7. Ethi. ait, ad molitiam pertinet, quod aliquis vestimentum trahat per terram. Ad hoc etiam vid. P. Ant. de Gislân. supra Euang. 2. Dom. Aduen. dub. 27. & 29.

<sup>c</sup> Supra de sepulchris. c. 17.

dem statuimus; ut, cum parochie alicuius Sacerdos in febrim, morbumve inciderit; si praesertim suorum neminem habet, cuius opera, adiumentoque subleuetur; propinquior parochus nullum a se officium desiderari patiatur, quod ad eius valetudinem recte curandam necessarium fuerit. Atque in primis Vicarium Foranensem, si parochus egrotus in diocesi est; si in vrbe, Episcopum, de eius agrotatione certiore faciat.

DE DECIMIS, ET OBLATIONIBVS.  
Tit. XVIII.

Pro decimis soluendis, & iuribus Ecclesiarum non occupandis, qualiter populus sit monendus. Cap. I.

**N**EPER insitiam; aut obliuionem id peccatum committatur, ut decime ijs, quibus legitime debentur, uel omnino non soluantur, uel ex parte tantum; ideo mandamus, & Parochis; ut inter missam, & predicatoribus in concione; primo quoque Dominico die Aduentus; & Quadragesimae doceant populum, quid de solutione decimarum Sacrum Tridentinum concilium statuerit: vehementerque hortentur, ac moneant, ut debitas decimas integre persoluant; ne propositas ab eadem Tridentina Synodo excommunicationis penas subire cogantur.

Sess. 25.  
c. 12. de  
refor.

Quibus etiam diebus, eiusdem Tridentini Concilij decretum, contra occupantes quouis modo fructus, bona, & iura Ecclesiarum, & aliorum piorum locorum, communi lingua populo recitent.

Sess. 22.  
c. 17. de  
refor.  
incip.  
Si quem.

Pro elemosynis colligendis quaedam instrumenta musica, & puella prohibentur. Cap. II.

**I**llud interdicat Episcopus, ut omnino ne in illis elemosynarum oblationibus, quae cuiusvis Ecclesiae sunt, nisi musica instrumenta honeste, & organo in Ecclesia adhibeantur; neve alia fiant, uel gerantur, quae Domo Dei indigna sint. Ne item puella elemosynas ecclesiarum, aut Ecclesiasticorum hominum nomine quaritent; id quod non sine earum pudicitiae discrimine, quibusdam in locis introductum erat.

Pro colligendis oblationibus consuetis quid obseruandum.

Cap. III.

**C**VM pro cuiusque Ecclesiae consuetudine populus ad oblationes inuitatur; id graniter, & modeste faciendum est.

Nec eo uasis, aut sacculi genere pecuniam accipiant, ut quicquid quisque dederit, cerni possit; ut fideles pietate adducti, non pudore quodammodo coacti, elemosynam offerant.

Quae

Quæ cum ad subsidium Sacerdotum, vel aliorum pauperum, vel ecclesiarum reparationem, & ornatum sit instituta, eam populus liberaliter præbere debet.

Decimarum Ecclesiasticarum inuestituræ qualiter recognoscendæ. Cap. IIII.

**D**ecimarum Ecclesiasticarum inuestituras, quæ laicis hominibus in perpetuum factæ sunt, Vicarius Episcopi pro officij sui munere, diligenter, accurateque recognoscatur. Quod si eas legitima auctoritate minus confirmatas esse compererit; vel si non renouauerint inuestituram, quando tenentur; irritas illas, ac planè nullas declaret, & decernat.

Vbi decimæ solui consueuerant, aliqui renitentes quomodo conueniendi. Cap. V.

**S**I, quibus in locis generatim ab omnibus fructuum, qui ex prædijs colliguntur, decimæ parochiali Ecclesiæ soluuntur; in ijs quispiam forte est, qui illas exsoluere recuset, quoniam sibi persuadet, alicuius privilegij, aut causæ prætextu immunem se esse; huic Episcopus certum breue scriptum præscribat; quo præscripto tempore is, aut privilegium exhibeat, aut causam afferat immunitatis suæ. Quod si ille quicquam, quod leue sit, ad illius immunitatis ius tuendum, vel nihil planè attulerit, id Episcopus curet diligentissimè, ut is illas quamprimum præstet; cum in decimis tot aliter præscriptioni non sit locus.

Fructus decimis obnoxij, è prædio quomodo exportandi. Cap. VI.

**N**E cuiquam bona, decimarum iure Ecclesiæ obstricta, è solo asportare liceat; nisi ad asportationem, aut ad descriptionem vocato Ecclesiæ Rectore, aut eo, cui illæ soluuntur. Itaque qui decimas debet, eam bona domum suam, aliove asportaturus, id biduo ante eidem Rectori, vel cui debentur, significet, vel literis, vel certo nuncio; ut præsens illis, vel asportandis, vel describendis adesse, si velit, utiq; possit. Quod si ille tunc aberit, id vni de eius familia nuntiandum curet; aut illius Ecclesiæ, domusve Parochialis valuis scriptum affigi iubeat, quo asportatio ea denuntietur. Quod si diutius illa bona in solo essent, & eis detrimentum, damnumve immineret; tum vel absente eo, cui debentur, asportari liceat. Non tamen intendimus per hoc decretum consuetudini, vel alicuius privilegio derogare.

Var. re. solu. lib. i. c. 17. nu. 8. & seq. vers. Sexto, ab eadem. & vers. Octauo eodem iure.  
b Hæc est communis Doctorum sententia in cap. ex parte. 2. de decim. cuius meminit Conar. vbi supra vers. Quartum est aduertendum.

Nè receptorium eleemosynarum sine Episcopi licentia, & ipsa ob-  
tenta, qualiter habeatur. Cap. VII.

**N**E in Ecclesia, aut præ foribus eius, neve in oratorijs, aliove sacro lo-  
co, colligenda eleemosyna causa, nè ipsius quidem Ecclesiæ, aut eius  
fabricæ, rectorisve nomine, capsula, vasculum, mensa, aliudve eius  
generis, etiam extraordinariè collocetur, aut iam collocatum in posterum  
permittatur; nisi Episcopi concessu, literis exarato; tuncq; ei capsula, vel  
rei aliæ ad id paratæ, duæ claves apponantur, diverso fabrili opere fabrica-  
tæ; quarum altera teneatur ab eo, quem Episcopus nominarit, altera ab ijs,  
quorum nomine eleemosyna colligetur.

Si contra fiet, pœna sit arbitrarij Episcopi; tum eleemosyna collecta locis  
pijs addicatur, illius item arbitrio.

Intra cancellos grana pro eleemosynis non sunt recondenda.

Cap. VIII.

**S**I quæ capsæ, Episcopi concessu, in Ecclesia constituentur, aut colloca-  
buntur, in quas à fidelibus, (vt plerisq; in locis pietatis studio fit) vel  
frumentum, uel legumina, uel alia quæuis eleemosynæ nomine, conijciã  
tur; eæ nè intra cappellæ, altarisve, quo fidelium eiusmodi res offerentium,  
concursum fit, cancellos, aut clathra ferrea ita ponantur, vt ipsis fidelibus  
eleemosynas collaturis neesse sit cancellos ingredi.

Sacræ communionis administratione, nè eleemosyna quæri-  
tetur. Cap. IX.

**N**E occasione sacræ communionis, etiam in Pascha ministratæ, vel mi-  
nistrandæ, eleemosyna pellicula, aut vasculo exposito, vllove alio  
modo directè, aut indirectè, quæritetur.

Oblationum vsus, & ordo, vt retineatur, vel restituatur, quid  
agendum. Cap. X.

**O**blationum institutum iam pridem ab Apostolicis vsque temporibus,  
Apostolico etiam Canone sancitum, sanctissimorumq; Pontificum  
Melchiadis, Fabiani, & Gregorij constitutionibus, & Concilio-  
rum præterea decretis, communitum; quò grauius his temporibus à fidei, do-  
ctrinæq; Catholicæ hostibus exagitur, & languescēte pietatis studio, b quò  
magis à fidelibus negligitur, hoc diligentius seruari, atque ad executionis  
usum, ubi intermissum est, reuocari conuenit; cum præsertim, & ad diuinum  
cultum illud pertineat, & populis salutare sit, ad expiandaq; peccata uti-  
le. Quare Episcopus in sua diœcesi, & suis, & concionatorum sermoni-  
bus, & omni alio persuadendi, cohortandiq; officio, omniq; iuris ratione,  
illud, vbi est, retineri, ac vbi negligitur, restituui, studiosè ad sacrorum

a D. Gre-  
gor. 7. in  
c. ois, de  
cōsecrat.  
dist. 1.  
b Obla-  
tio i quo  
differat  
à decima  
tradit.  
Siluest.  
in Sūm.  
ver. De-  
cima in  
prin. vbi  
plene de  
oblatio-  
nib<sup>9</sup> dif-  
ferit.

a Silu. vbi sup. nu. 4.  
 b Quan do autē sit peccatū, si oblatio nō fiat, vid. Nauar. in Man. c. 23. n. 19. ver. Decimotertio.  
 c Eleemosyna cordis multo maior est, q̄ eleemosyna corporis, caritatis eleemosyna sine terrena subfātia sufficit: illa verò que corporaliter datur, si sine benigno corde tribuitur, oīno nō sufficit. verba sunt D. Aug. in ca. Dux sūt. dist. 45. vbi gl. i. ver. Benigno declarat, q̄ in eleemosyna dāda venialiter peccari potest.  
 d c. Oblationes. 90. dist. vbi glo. in ver. Donat.

Canonum prescriptum ita curet; ut in solennitatibus, scilicet, Domini, diebusq̄, Dominicis, ac festis, item quos coli, aut præcepti, aut consuetudinis est, omnis Christianus aliquid, a prout pro sua quisque pietate, deuotioneq̄, maluerit, b Deo offerre procuret: idq̄ in Ecclesia, vel Cathedrali, cum ad missæ sacrificium, quod solemniter celebratur; vel in parochiali, cum à Parocho, conuenerit.

Quo in officio seruetur, vt (quod antiquæ ecclesiasticæ consuetudinis est) primò mares, deinde fæming, offerant.

Non longè ab altari oblationes accipiendæ. Cap. XI.

Sacerdoti missam celebranti, oblationis accipiendæ causa, ab altari paulum se remouere liceat; at inde longè discedere, ac per Ecclesiam vagari, eamq̄, quasi circuire, nullo modo liceat.

Oblatio qua charitate, & quæ pro offerentibus commemoratio fiat. Cap. XII.

QVO gratius autem Deo sit, c quod offerunt; ad id præstandum accedant fideles intima animi pietate, spiritali hilaritate, sanctæ charitate, omniq̄, Christianæ deuotionis testificatione.

Offerentium autem, prout sanctæ institutionis est, commemoratio in Missæ sacrificio fiat.

Oblationes à quibus non accipiendæ. Cap. XIII.

Ab ijs verò oblationes nē accipiantur, a ut antiquo etiam Canone vetitum est, qui, scilicet, inter se iniquo animo dissidentes, inimicitias exercent; qui usurarij, meretrices, sacrilegi, raptores, quive alio nomine publicè, notorieq̄, criminosi sunt.

Oblatio vbi offertur, quibus applicetur. Cap. XIII.

QVICQUID porro oblatum erit, præter illorum dierum oblationes, oblationumve partes, quæ ad Episcopos ipsos iure spectant, quæve ad Sacerdotes, vel ad Ecclesias, uel ad Ecclesiarum fabricas, vel ad scholas, uel ad eiusmodi pia Collegia, Episcopali, aut alia legitima auctoritate, concessive, propriè, ac expressè iam pertinent, aut in posterum quouis modo, aut iure spectabunt; id omne, si in Ecclesia Cathedrali oblatio fit, in illius ecclesia, alteriusve p̄ij loci, aut operis vsu, ut Episcopus iusserit, conuertatur: si verò in parochiali, aliave ecclesia offertur, quicquid datum, oblatumve erit, Parochi fit, in cuius Parochiali, aut in alia Ecclesia, intra Parochiæ fines sita, oblatio fiet.

alios refert, à quibus oblationes non sunt recipiendæ, de quibus latius Silueff. in Summ. ver. Decima. nu. 5. 6. c. Imolans. 14. q. 5. & per totam illam q. habetur de male acquisitis eleemosynam non esse erogandam de quo etiam infra ad c. vlt. huius tit.

Quibus,

Quibus, inter missæ sacrum, oblationes colligere interdicitur.

Cap. XV.

**C**apellanis verò, alijsq; Sacerdotibus, & alijs item, præter Cathedralē, Ecclesijs, earumq; fabricis, ac scholis, pijsq; eiusmodi collegijs, atque alijs quibusvis, ius Parochiale non habentibus, oblationes deinceps, inter missæ sacrum, accipere, aut exigere omnino interdictum sit; nisi quibus hæc facultas ab Episcopo, aut alijs legitimè data erit.

Quæ pactiones pro oblationibus sint illicitæ. Cap. XVI.

**S**i cum Parocho de oblationibus diuidendis quisquam pactiones fecerit, ut sibi, alijsve Sacerdoti liceat, oblationes recipere, contra quàm præscriptum est; hæc pactio irrita sit, ac planè nulla: neque propterea aliter, quàm supra præscriptum est, oblationes alijs exigere, accipereve liceat: Tum propterea Parochus ipse, & alius Ecclesiæ Rector, et Sacerdos item, alijsve, qui pactum inierit, qui ve pactioni consenserit, grauitèr puniatur.

Quando in Missa oblationes fiant. Cap. XVII.

**Q**uacunque deinceps oblationes, siue pecunia, siue cereis, siue alio elemosynæ genere in Missa sacrificio à populo fient; eæ, & fiant, & à sacerdote accipiantur, dum canitur antiphona, quæ Offertorium appellatur. Quod si Missa non conuentualis, ne semper tamen, tum etiam fiat, accipiaturve proximè, antequam hostiæ, & calicis oblatio fiat.

Qualiter offerentibus benedicto fit impendenda.

Cap. XVIII.

**S**i quid verò aliquando non intra Missarum solennia, sed alio tempore offerri contigerit; curet Episcopus restituere sanctum usum, & oblationi illi, & offerentibus benedicendi statâ prece, atque oratione in libro sacerdotali, aut rituali præscripta. Qui uerò oblaturi sunt, Missæ sacrificio, in quo oblatio fit, & ab initio piè, deuoteq; intersint; nec uerò inde abeant, nisi ubi peractò sacrificio, benedictionem sacerdotalem demum acceperint, quæ in fine Missæ de more fit.

Qualiter oblationes fiant populus instituendus. Cap. XIX.

**V**ideat Episcopus, ut elemosynarum, & alius cuiusvis generis pijs oblationibus, quacunque à populis fiunt, certam rationem præscribat; quæ & mane potius, quàm à prandio fiant; & illæ non popularibus spectaculis, non comestationibus, aut tumultibus, non clamoribus, aut profanis actionibus, quæ ue ullam offensionis speciem præbeant; sed precibus, litanijs, hymnis, atque ijs pietatis officijs præstentur, quæ decent, eiusmodi religiosas actiones, officiaue, & quæ respondent ueteri sanctitati, ac disciplinæ huius instituti.



Imagines cereæ, & aliæ oblationes quando distrahi nequeant. Cap. XX.

**N**E imagines cereæ voti causa, Ecclesijs, p̄ijs, locis oblata, venditari v̄llo modo possint; nec n̄e confrac̄ta quidem, etiam vetustate temporis, nisi concessu Episcopi, in usum Ecclesiæ conuertenda.

Nec verò ullas eiusmodi, vel alterius generis oblationes, vel eleemosynas, antequam illæ perceptæ sint, uendi, locari, aut contractus ullos, pactiones, ve etiam secretas eius generis iniri cuiquam, etiam parochio, v̄llo pacto, modo liceat, p̄na graui proposita, Episcopi arbitrio irroganda.

Nemo velata facie, sine licentia eleemosynam quæritet. Cap. XXI.

**N**emo operta, obuolutaq; p̄ pudore facie eleemosynam sine Episcopi, aut si in diœcesi, saltem Vicarij foranei, concessu, eoq; scriptis exarato, quæritet. Nec verò eam facultatem cuiquam Episcopus, Vicarius, ve det; nisi illius, & egestatem, & morum, vitæq; rationem ante placitam, exploratamq; habuerit.

Pro verecundis pauperibus quando, & qualiter eleemosyna sit perquirenda. Cap. XXII.

**P**rimo quoque dominico mensis, <sup>a</sup> aliove die, quem Episcopus statuerit, <sup>b</sup> in omni ecclesia parochiali, etiam si regularis sit, <sup>c</sup> vt egentibus, qui p̄sertim p̄ pudore ostiatim mendicare, eleemosynam ve quærere non audent, necessitati, pia fidelium liberalitate succurratur à locupletibus parochiæ incolis, ceterisq; ut antiquæ consuetudinis est; aliquid per eos colligatur, quos huic curæ episcopus p̄eposuerit.

Dominica verò proximè p̄cedente, quo fideles, & in dando effusiores sint, & paratiores ad parochiam ecclesiam cum uoluntarijs oblationibus ueniunt; eleemosynarum collecta intra missarum solennia indicatur uerborum formula, quæ in Concilio Quarto Provinciali habetur.

<sup>a</sup> Ignem ardentem extinguat aqua, & eleemosyna restitit peccatis, Eccl. c. 3. in fine. Non tamen quis peccare

debet, vt eleemosynam faciat, sed ideo eleemosynam p̄bere debet, quia peccauit, ita piè atque uoluntate admonet, Concil. Babilon. 2. Can. 36. Incip. sed nec. in 3. Tom. D. Gregor. in capitulo non est prima quæstio. 1. Non obstat, quod legitur Luca decimosexto, facite uobis amicos de Mammona iniquitatis, quia respondet gloss. in dict. capit. Non est. in ver. facere, viden. & capit. Qui habetis, 14. quæstio. 5.

<sup>b</sup> Eleemosynarum tria sunt genera, cap. Tria, & seq. dist. 45.

<sup>c</sup> Eleemosyna quando sit de p̄cepto, vid. Felin. in cap. 1. nume. 11. & seq. in Addit. ad princ. Abb. in decreto post tract. immediate, de lit. Apost. & nouissimi Nauarr. in Man. cap. 24. nume. 5. & seq. p̄sertim num. 9. ver. circa p̄dicta.

## DE REGVLARIBVS.

## Tit. XIX.

Qualiter ad interpretandam sacram Scripturam monachi sint cogendi. Cap. I.



**Q**UOD Sacrosancti Tridentini Concilij decreto de interpretatione sacræ Scripturæ, in Monachorum monasterijs instituenda sancitum est; id Episcopus omnino efficiat, vt, quibus in monasterijs commodè præstari potest, ea instituantur; vel si intermissa est, restituatur.

Qua in re præstanda Abbates, atque alij, quocumque nomine vocati, qui monasterio præsent, opportunis iuris remedijs compellantur.

Dies festi, quorum etiam tabellam habeant, per regulares colendi. Cap. II.

**Q**UOS dies festos Episcopus in vrbe, diœcesiq; sua coli, sanctificariq; edixerit, ac præceperit; ij ab a Uniuersis cuiuscumq; ordinis regularibus, quauis ratione exemptis, colantur, sanctificentur, atq; obseruentur. Dierum autem festorum, quos in ea vrbe, aut diœcesi coli consuetudinis est, ille tabellam conficiendam curet, quam certo Sacristiæ loco affixam ijdem etiam regulares habeant.

Ieiunia etiam à regularibus obseruanda. Cap. III.

**I**EIUNIA præterea, quæ certis præcipuis locis, vbi monasteria illi habent, à reliquo clero, populoq; vniuerso obseruari moris, consuetudinisve est; curet Episcopus, vt ipsi itidem, sicut ceteri omnes, ritè, rectèq; colant, celebrent, atque obseruent.

Regulares curam animarum agentes synodo, & alijs prout ceteri parochi sæculares, intersint, & eadem præstent.

Cap. IIII.

**R**EGULARES quicunq; sint, qui in quauis Ecclesia parochiali, etiam quæ in suo monasterio existit, quæve eidem adiuncta est, curam animarum gerunt, synodo diœcesanæ intersint; & ad statas illas congregationes, lectionesve, quibus parochos interesse iussum est, conueniant; menstruos item illos parochorum conuentus, quos in diœcesi haberi decreto cauimus, tum ipsi adeant; tum in Ecclesijs, vbi animarum curam gerunt, monasterij sumptu habitent; & omnia denique munera, oneraue parochialia, quæ cæteris parochis imposta sunt, præstent omnino.

Sess. 5. c. 1. verf. In Monachorum. de refor.

a Cõcil. Trid. sess. 25. c. 12. meminit Nauarr. in Man. c. 13. n. 5. facit ca. de ijs. dist. 12. Moned<sup>o</sup> est populus, vt eas festiuitates quas Episcopus præceperit, colat; neq; inani superstitione illas celebrare præsumat, quæ nequaquam sunt obseruanda, vt cauetur in Cõc. Ticinè. sub Benedicte III. Tom. 3.

Vid. infr. d. capell. Monac. c. 1. Cõc. Trid. sess. 24. ca. de refor. 2. verf. Synodi quoque.

Olea sacra regulares ab ecclesia cathedrali sumant.

Cap. V.

**M**onachi, regularesq; cuiusvis ordinis, etiam exempti, non aliunde, sed ab Ecclesia Cathedrali intra cuius diocesis fines habitant, olea sacra sumant. Si secus fecerint, arbitrio Episcopi, in cuius diocesi manent, puniantur.

In locis quoquomodo regularibus subditis, quiuis, nisi ab Episcopo approbatus, confessiones audiat. Cap. VI.

**N**E in Monasterijs quidem, & locis, ubi regulares spiritualem, temporalemq; iurisdictionem habent, quisquam sacerdos, etiam regularis, & exemptus, confessiones audiat; nisi primum ab Episcopo, intra cuius diocesis fines ea monasteria, loca sunt, ad id probatus fuerit.

## DE RELIGIOSIS DOMIBVS, ET EARUM administratione. Tit. XX.

**V**T pia loca omnia fideliter, diligenterq; administrantur; quæ sacrum Tridentinum Concilium Episcoporum curæ, ac studio maxime commendauit; hæc mandamus, quæ ab omnibus seruanda erunt.

A præfectis hospitalium quæ præstanda; negligentisque ab Episcopo qualiter compellantur.

Cap. I.



**Q**uia hospitalia, seu alia pia loca ad peregrinorum, infirmorum, pauperumve usum præcipue instituta, in commendam, administrationem, aut quemcunque titulum, aut Ecclesijs suis unita obtinent; domos, & ædificia horum locorum ruinosa, vel disiecta sarciant, & restituant.

Quæ ab alijs occupata, aut amissa, iniusteve alienata sunt, recuperent. Impositum illis onus, & officium omnino obeant.

Hospitalitatemq; ex fructibus, illi muneri attributis, re ipsa exerceant.

Ceteraq; omnia præstent, quæ à Vienenfi, & Tridentino Concilio præscribuntur.

Quod officium, si moniti ab ordinario non fecerint; vel per ecclesiasticas censuras, & alia iuris remedia, ad sui muneris functionem compellantur, vel eiusdem Tridentini Concilij præscripto eos Episcopus ab illa administratione, curæ in perpetuum amoueat.

Concil.  
Trident.  
sess. 7. c.  
vltim.  
Clem.  
cōtingit  
de relig.  
dom.  
Conc.  
Trid. sess.  
25. c. 8.  
de refor.

Quibus

Quibus nullo modo condonet, aut remittat eos fructus, quos, contra hospitalium institutionem perceptos, in foro conscientiae restituere tenentur.

Debitorum hospitalium aliquo officio pro eis nē fungantur.

Cap. I I.

**Q**VI pecuniam Ecclesijs, Confraternitatibus, aut quibuscunque pijs locis debent; illorum procuratores, syndici, ministri ve esse, aut ullam denique eis officij, aut negotij partem administrare non possint.

Iuramentum ab administratoribus piorum locorum prius, & postmodum quæ alia præstanda; & vt præstentur seruanda.

Cap. I I I.

**A**dministratores Ecclesiastici, vel laici, piorum locorum, siue Hospitalia, Montes pietatis, Confraternitates, Misericordiae, Charitates, Consortia, Disciplinae siue alio quocunque nomine nuncupata sint; qui deinceps deligentur, antequam ad administrationem accedant, iurent se fideliter, & accuratè munus suum exequenturos.

Fructus, qui pauperibus addicti fuerint, veris pauperibus tantùm distribuunt; quemadmodum cuiusq; inopia, & eius voluntas, à quo bona illa profecta sunt, postularit.

Qua in re, nē vlla fraus fieri possit; ineatur aliqua ratio, qua constare possit Episcopo, in quas personas fructus illi erogati fuerint.

Quos autem compererit Episcopus, vel iniquè distribuendo, vel in suum commodum uertendo, vel inutilibus, & superuacaneis sumptibus faciendis, malè in administratione uersari; eos, pro modo culpa, puniat; & ad restitutionem legitime compellat; & ab officio etiam, si ei videbitur, amoueat.

Quòd si contra, quàm à Tridentino Concilio decretum est, nē rationem administrationis reddant, tribunal Episcopi declinare voluerint, Ecclesiasticis pœnis ab eodem coerceantur.

Ijs, qui bona piorum locorum administrant; ea, si immobilia sint, uel pretiosa mobilia, uendere, permutare, in emphyteusim dare, aut quouis modo alienare, nisi ijs seruatis, quæ à sacris canonibus requiruntur, & absq; consensu, atque auctoritate Episcopi, nullo modo liceat. Qui contra fecerint, Episcopi arbitrio puniantur; & quod actum est, irritum, ac nullum sit.

Piorum locorum bona, administratorum arbitrio, ne locentur; sed publicè locanda proponantur, facta omnibus conducendi potestate.

Quos pijs locis aliquid debere constiterit; ijs eorum bona dari ne liceat.

Qui piorum locorum bona conducere voluerit, det idoneum fideiussorem, cum quo iure agi possit aequè, atque cum ipso principali conductore. Aliter facta locatio, & conductio, irrita, ac nulla sit.

Ut autem hæc, cæteraq; omnia, quæ Tridentina synodus de Hospitalibus, & alijs pijs locis statuit, facilius præstari possint; præcipimus parochijs, vt diligenter singula, quæ in parochijs suis sint Hospitalia, & pia loca, eaq; præsertim, in quibus re ipsa hospitalitas, cæterave administratorum munera non exercentur; ad Episcopum quamprimum deferant; cuius arbitrio, parochijs huius officij prætermissi pœnas dabunt.

Rogamus autem magistratus omnes, nè Episcopum suo officio fungentem, & contra contumaces iure agentem impediunt; sed ea, qua decet, pietate, eum omni ope, & auxilio iuuent.

Ut eleemosynæ pro pijs locis quæri possint, quæ requirantur.

Cap. IIII.

**I**N petendis eleemosynis, Hospitalium, & alicrum locorum piorum nomine, hæc præcipue seruari iubemus:

Ut in illis Hospitalibus, & pijs locis re ipsa, qua debetur, hospitalitas, & pia opera exercentur.

Vt ea loca sint in hac diœcesi, in qua eleemosyna petenda sit; neque ea ad utilitatem eiusmodi locorum aliena diœcesis conuertatur.

Vt qui petet, sit eiusdem diœcesis.

Sit bona existimationis.

Non fuerit ex numero quæstorum, quos damnauit Sancta Tridentina synodus.

Illud officium gratis, vel constituta certa mercede præstet; nec villo modo particeps sit eleemosynarum.

Ab Episcopo, vel eius Vicario scriptam licentiam, quot annis renouantam, impetrarit.

Qui contra, quam hoc decreto sancitum est, petierit; grauiter puniatur ab Ordinario.

Cui etiam cura erit, vt, quæ eleemosynæ collecta fuerint, verè in pijs tantummodo eorum locorum vsu, quorum nomine petita fuerint, conferantur.

Quibus hospitalium aditus occludatur. Cap. V.

**I**N Hospitalibus, pijsq; diuersorij, vbi hospitalitas exercetur, mares cùm feminis, etiam specie matrimonij, nisi id certissime constet, versari neli- ceat; neve ea loca, quæ honorum subsidio sunt addicta, circulatoribus, aleatoribus, nebulonibus, & istiusmodi nequissimis hominibus pateant.

Mendicij, morbum simulantes moneantur, vt se in aliqua arte potius exercentes, inde sibi honestum vitæ subsidium comparent, quam igna- uia, ac desidia dediti, ostiatim in truijs, & in templis miserrimè men- dicent.

Si id recusauerint, curent Episcopi, vt eijciantur; neque illis domorum ho- spitalium præterea aditus pateat.

Com-

Commeſſationes confratrum in Eccleſijs tollendæ: & panis distribu-  
tio in illa Sancti Gaudentij qualiter fienda.

## Cap. V I.

**C**uret Episcopus, ut, retento pie eleemosynę instituto, tollantur publica  
illa commeſſationes, cęteraq; huius generis, quę à ſodalitatibus, quas  
confratrias, uel confraternitates uocant, preſertim intra ambitum Ecclesia  
rum, die Pentecoſtes, & die Cęnę Domini, ac certis alijs ſolemnibus feſtis die  
bus, pietatis ſpeciei fieri ſolent, non ſine bonorum offenſione; propoſita pœ  
na ſuo arbitratu: Et præterea tollatur modus distribuendi panem in Eccle-  
ſia Sancti Gaudentij; ſed alio commodiori, & decentiori modo ille panis  
pauperibus detur.

Fabricę Eccleſiaſtici redditus, ut ritę expendantur, qualiter  
curandum. Cap. V I I.

**P**robibeat Episcopus, ne bona cenſus, prouentus, aliaq; eius generis, quę ad  
Eccleſiarum fabricas, quauis ratione pertinent; ab earum Præſectis, aut  
miniſtris ad alios uſus auertantur, quàm inſtitutum eſt, aut certę debent. Idę  
pręterea ex Tridentini Concilij præſcripto fabricarum redditus in uſus Eccle-  
ſiæ neceſſarios, atque utiles, ut expedire magis uiſum fuerit, erogari curet.

ſeſſ. 24  
c. 3. de re  
for. in fi.

Eccleſiæ, ſeu hoſpitalis bona proprius miniſter conducens,  
qualiter priuandus, & plectendus.

## Cap. V I I I.

**Q**ui bona Eccleſiæ, hoſpit alium, aliorum uel piorum locorum, ſiue ſolus,  
ſiue unā cum alijs adminiſtrat; ſi uel ipſe, uel per interpoſitam perſonam  
ea emerit, aut emphyteuſis, locationiſue nomine conduxerit; ab eo admini-  
ſtrationis munere ſtatim amoueatur; nec dignus in poſterum cenſeatur, cui ta-  
lium rerum procuratio, adminiſtratio uel demandetur; cum eoq; præterea, ex  
iuris præſcripto agatur.

Qualiter à piorum locorum adminiſtratoribus aliter plectendis,  
pecunię mutuo non dandæ, nec accipiendæ.

## Cap. I X.

**E**piscopus id ſedulò prohibeat, ut, quę fabricę, Hoſpit alia, ſodalitates, &  
quę alia cuiuſuis generis pia loca inſtituta non ſunt, ad pecuniam mutuo  
dandam; eorum adminiſtratores ne ulla cauſę ſpecie, cuiquam homini, nec  
etiā uniuerſitati loci, aut uicinijs dent mutuo.

Quòd ſi ipſi adminiſtratores mutuo uel dederint, uel, quod grauius eſt, ab  
ijs locis ſumpſerint; ab earum adminiſtratione ſtatim amoti ſint; indigniq; cen-  
ſeantur, qui per ſex annos illorum, aliorum uel piorum locorum adminiſtratio-  
nem gerant: Tum etiā illorum præſectus, quouis nomine uocetur, qui huic  
rei conſenſerit, ex communicationis pœnam ſubeat.

Soda-

Sodalitates disciplinatorum ab Episcopo qualiter visitandæ.

Cap. X.

**S**odalitates quasunque seu Confratrias, que disciplinatorum nomine vocantur, Episcopus, <sup>a</sup> ut Tridentino Concilio iussum est, visitet; librosq; vel constitutionum, vel meditationum, orationum ve si qui in eisdem extant, studiose recognoscat; ne quid falsum, commentitium ve, aut apocryphum in illis sit: & si quæ inuenerit, quæ emendationem desiderent, illa vel omnino tollere, vel emendare curet.

Confratriæ disciplinatorum ad quam regulam redigendæ, & contumaces qualiter puniendi. Cap. X I.

**E**isdem item confratrias in eam pristinam disciplinatorum regulam redigere curet, quæ iussu Metropolitanæ recognita, & emendata, & huius temporis rationi accommodata, ad communem earum sodalitatum usum editum est Mediolani.

Si quæ verò hoc decreto præcepta illi vel contempserint, vel neglexerint, aliaq; non obierint, quæ ad eorum sodalitates officium pertinent; pro rei gravitate seuerius ab Episcopo corripiantur: sin autem emendari nulla alia ratione poterunt, eorum sodalitates extinguantur eiusdem Episcopi iudicio.

In hospitalibus doctrina Christiana qualiter instituenda.

Cap. X I I.

**P**arochus eam ineat rationem, ut & in hospitalibus, & in alijs pijs locis, ubi plures, vel mares, vel sæminæ curantur, aut aluntur, hoc tradenda doctrina Christianæ institutum introducat; quo illi pascantur hoc præterea spiritali cibo.

Qualiter correctionis fraternæ sodalitas erigenda; & eidem regulæ præscribendæ. Cap. X I I I.

**M**ulta mala existunt ex prætermissio, <sup>b</sup> & valde his temporibus neglecto, <sup>c</sup> fraternæ correctionis officio debito, ac necessario: quam obrem curet Episcopus, in sua non solum vrbe, sed in diocesi etiam, aliquam hominum, qui moribus, viq; innocentia grauiore sint, sodalitem constituere; quæ in hoc fraternæ correctionis officium Christiana charitate incumbat: aut hoc ipsum officij munus alteri sodalitati adscribi studeat, quæ id rectè præstare possit.

Cui sodalitati certas fraternè corrigendi regulas præscribat, studio, et opera probatorum Theologorum.

a Sess. 22. ca. de re-  
for. 8.  
b Tria ex  
parte cor-  
reptis,  
eius req-  
sita, ex se-  
cunda om-  
ni The-  
ologorum  
scribit,  
doctissi-  
mus Al-  
phonf. a  
Castro. i  
tract. de  
iusta hæ-  
ret. pun-  
li. 2. c. 25.  
i fine. co-  
lum. 369.  
vt corre-  
cto. f. fra-  
terna, sit  
obligato-  
ria, nepe  
cognitio  
peccati,  
species e-  
mende, &  
tpis op-  
portunitas.  
de  
qua re  
vid. præ-  
ter The-  
olo. sup.  
Matt. 18.  
& Luca  
17. D. An-  
to. i sum.  
par. 2. tit.  
9. c. 6. vbi  
eruditif-  
simè a-  
git, de o-  
missione  
fraternæ  
correct.  
c Corre-  
ctio fra-

terna est opus misericordiae, & pietatis spiritalis, & magis meritoria quam misericordia corporalis, quæ circa Gen. 21. legitur, quod Abraham postquam iuravit Abimelech se cum eo facturum misericordiam, statim eum corripuit. Ad hoc tenentur Prælati ex officio, alij verò ex charitate, Episcopos autem admo-  
nens. Concil. Trident. Sess. 13. c. 1. de refor. sic ait, vt se pastores, non percussores esse meminerint, atque  
ita præesse sibi subditis oportere, vt non in eis dominantur, sed illos tanquam filios, & fratres diligant,  
& paucis interiectis, inquit, illos obsecrent, increpent, in omni bonitate, & patientia, cum sæpe plus erga  
corrigendos agat benevolentia, quam auctoritas, plus exortatio, quam comminatio, plus charitas, quam  
potestas, facit. c. 2. 10. q. 3. in fine.

Disci-

Disciplinatorum, & penitentium sodalitates quomodo instituendæ  
& commemoratione suarum indulgentiarum annua com-  
munionem, processione, & alijs fouendæ.

## Cap. XIII.

**Q**uo maior in dies ad Christiane pietatis studium progressus sit fidelium; id curet Episcopus, ut cum disciplinatorum, penitentiumve sodalitates, aliasve huiusmodi frequentes instituat; tum institutas omni pastorali studio adiuuet & ad conseruandas illas disciplina, ac penitentiarum rationes, & ad alias excitandas spiritualium virtutum progressionem. Id quod facilius fiat, ardentiori studio, quotannis aliquando, prout e re esse uiderit, literas promulgari iubeat; a quibus Greg. XIII. præclarum spiritualis Indulgentiarum donum liberaliter in domino illis concessit, qui ijs sodalitatibus adscripti, sibi flagella, disciplinamque, certis statutis diebus adhibuerint.

Præscribat item diem certum, quo in singulos annos illarum sodalitarum homines, qui in Vrbe sunt, vno loco omnes, qui in diœcesi, omnes ite suo quique; in oppido, loco in vnum conuenientes; primùm contriti, et confessi Sacram Eucharistiam sumant; tum solennem processionem agant, perpetua, grataque memoria prosequentes concessi sibi spiritualis doni gratiam.

a Subdat.  
12. Decē-  
br. 1572.  
eiusdem  
Pontific.  
anno 1.

Hospitalia, aliaque pia loca, & sodalitates, qualiter ab Episcopo  
visitanda. Cap. XV.

**H**ospitalia item, aliaque pia singula loca, & sodalitates, pro auctoritate, facultateve, & Canonum iure, b & decretis Tridentinis sibi data, in singulos annos Episcopus visitet: Et quæ laicalia etiam, et merè priuata sunt, in ijs, quæ ad obseruandam piam testatorum voluntatem spectent, uisitando corrigat, & reformet.

b Sess. 22.  
ca. de ref.  
8. sup. co.  
c. 10.  
Rationes  
admini-  
stratio-  
nis exi-  
gat Epi-  
scop<sup>o</sup> quo-  
tannis, in  
fra, eod.  
cap. 21.

Ratio administrationis bonorum Ecclesiasticorum; & inuenta-  
rium, etiam à laicis qualiter exigatur.

## Cap. XVI.

**Q**uæcunque bona siue mobilia, siue immobilia, iurave ad Ecclesiam, etiam quæ sit iurispatronatus laicorum, quauis ratione pertinentia, à laicis quouis nomine administrantur; de eorum rationibus diligenter conquirendis, & inuentario rectè conficiendo, planè præstetur, quod primo Concilio provinciali decretum, ac sancitum est de reliquis, alijsue bonis, & in-  
ribus Ecclesiasticis.

Sup. de  
reb. eccl.  
nō alien.  
cap. 1.

Rationis, & inuentarij ut supra tria exempla, qualiter fienda,  
& asseruanda. Cap. XVII.

**Q**uarum rationum, & inuentarij exempla tria, publici notarij testimonio munita, conscribantur; quorum unum apud eos, qui administrant; alterum apud Sacerdotem, Rectorem Ecclesiæ asseruetur; Tertium ad Ar-

Sup. de  
reb. eccl.  
nō alien.  
cap. 2.

chi-



chiuium Episcopale afferatur: quod cautius eorum bonorum, & iurium conseruationi consultum perpetuo sit.

Præfctis fabricæ Ecclesiarum, sodalitatum, hospitalium, aliorumque locorum piorum monitiones, & ordines traduntur.

Cap. X V I I I.

**P**ræfctis, Rectoribus, ministris, aut alijs quocunque nomine nuncupatis, fabricæ Ecclesiarum, sodalitatum, scholarum, & hospitalium, piorumque, cuius generis aliorum locorum curatoribus, etiam laicis, hæc de ijs ipsis decreta præscribenda, & addenda etiam censuimus.

Quicumque piorum locorum administrationem, procurationemve suscipiunt, geruntve; illud in primis sepe meminisse debent, se pauperum, pupillorum, Viduarum, senum, egestate, aut egritudine laborantium, peregrinorum, & aliorum id generis hominum, aliena ope egentium, prout propria, vniuscuiusque loci instituta ratio est, curam sustinere: Et illam quidem tantum esse, ut cum potissimum Episcopo, tanquam communi omnium, & eorum præcipui miserabilium hominum parente, ea sacrosanctis Canonum legibus commissæ sit; cum quicquid in illos, vel misericordiæ, vel beneficij, vel operæ, vel opis, vel officij confertur; quidquidve rursus damni, detrimenti, iniuriæve inferatur; id omne Christus Dominus sepe in Euangelio demostret in se collatum esse; ac propterea se in die Iudicij, prout bene illis factum, aut neglectum, omissumve, in eorum necessitatibus subleuandis erit, retributurum. Quare primò ij valde curent, ut omnibus suscepti muneris partibus satisfaciant: deinde videant, ut nihil quicquam à curæ, quam gerunt, ratione alienum, vllomodo, pacto, & admittant: tum id sollicitè studeant, ut, quæ officia illis pro administrationis susceptæ munere debent, ea obeant; atque adeo præsentem, omnipiæ charitatis affectu, ob oculos maximè in ijs ipsis proposito semper Christo Domino, cum illis, & alendis, & vestiendis cibum, potum, vestitum, aliamve curam, atque operam ministrant.

Non suis, sed eorum, quorum curam susceperunt commodis, atque utilitatibus seruiant.

Omnibus piè consulant; nec ullam partem pro susceptæ curationis, procurationisve officio negligant.

Munus, quod gerunt, sepe sibi proponant, eiusmodi esse; in quo non profana cuiusquam administrationis, negotijve, sed sanctæ, spiritualisque, actionis partes, atque officia, & Deo gratissima charitatis opera exequantur, piè, religiosè, & quam diligentissimè.

Cum capitula, congregationesve habent, tum initio, tum in fine, sanctis precibus, & orationibus in libro officij Beatissimæ Mariæ Virginis, eo nomine præscriptis, utantur.

Cum uerò aliquid aggrediuntur, quod ad curæ suæ rationes pertinet; initium à pia oratione faciant; ut quod inchoatur, bene salutariterque succedat.

Omni

Omni denique morum gravitate, vitæ integritate, pietatis religione, & spiritualium exercitationum, Episcopo probatarum, quas inter se collegiatim, præsent, studijs, tales se præbeant; Ut eorum locorum rectam administrationem, piamque institutionem non solum conseruent, sed optimis progressionibus, Deo auctore, adiuent, atque amplificent.

Qui locorum piorum sumptibus gratis aluntur, curanturve, aut ad litterarum, aliarumve artium disciplinam instituuntur, ratio postulat, pietatis studijs, atque exercitationibus, eos præ cæteris deditos esse; eorumque precibus animas illorum adiuvare, à quibus illud subsidij relictum est, ad eiusmodi pijs instituti sustentationem.

Quare illud eorum locorum curatores, uel Præfectos, ac sacerdotes præferim, qui in ijs spiritualem curam gerunt, monemus, ut ab ijs, qui ibi aluntur, si legere norint, statas de Beata Maria Virgine preces horarias; si uerò rudes sint, saltem de Beata Virgine Coronam, in singulos dies, piè præstari, sedulo curent.

Qualiter pauperes monendi sint, ut ob receptas elemosynas, proximis largitoribus piè precentur.

Cap. X I X.

**Q**ui præterea elemosynam dant, hoc illos, qui accipiunt, sæpe moneant; ut pro ijs, qui bona reliquerunt, piè precentur. Id uerò præstetur, cum in locis pijs, tum ubicunque elemosynarum distributio fit. Hoc sanè, ut Episcopo curæ sit item.

Ne officia sint diuturna, qualiterque libri administrationis tenendi, & eiusdem ratio sit reddenda.

Cap. X X.

**P**iorum locorum procuratores, ministrine etiam inferiores, cauendum est ualde, ne diutius, quam par est, in curatione, administrationeue sibi commissa perseuerantes, rerum sibi arrogant imperium. Porro si alias idonei sunt ad alia munera eorundem locorum gerenda, eosdem transferri licebit; nisi ex illis sint, quos superioribus decretis, certo tempore, quibusdam muneribus uacare, iussum est: Ad hoc curetur omnino, ut gesta procurationis, administratione muneris rationes sæpe, diligenterque reddant. Quamobrem formula præscribatur, qua, & diaria, & Codices rationum non coniectos, sed in ordinem, recteque confectos teneant; ut inde facile ducatur omnis explicata ratio, tum accepti, tum expensi.

Ratio administrationis piorum locorum quotannis, etiam, à laicis, exigenda per Episcopum.

Cap. X X I.

**E**piscopus uerò etiam ex Tridentini Concilij decreto, semel saltem in anno, à quibuscunque, hospitalium, confratriarum, & aliorum quorumcun-

Sess. 22.  
c. 9. de re  
for.

que

Sup. cod.  
c. 15.

que piorum locorum, etiam quæ mere laicalia, & priuata sunt, à Præfectoribus, curationibusve rationes administrationis, curgeve repetere ne omittat vlllo modo.

Ordinationes capitulares qualiter describendæ, & recitandæ.

Cap. XXII.

**D**ecreta, vel quas vocant ordinationes, in Capitulo confecta, in librum præcipuum, capitularium ordinationum nomine inscriptum omnes, ac singula à cancellario diligenter, ordineq; referantur. Quibus ordinationibus, manu quorum id muneris est, ante capitulum proximè futurum, subscribatur.

Tum præterea in hoc ipso Capitulo illæ ab eodem cancellario de libro ad verbum recitentur.

Liber gestorum capitularium, & alter legatorum, & onerum suorum, cuius exemplum in archiuio Episcopali deferatur, qualiter habendus. Cap. XXIII.

**C**odex item alius paretur, in quo præcipuè notatis singulis diebus ordinariis describantur, quæ in vnoquoque præfectorum, administratorumve conuentu, capitulove proponuntur, aut aguntur; quæq; rursus proposita, ac suffragijs permixta, vel reiecta sunt; vt quæ deliberata, quæve repulsa sint, facillè omni tempore, ex illius codicis monumentis constent.

Librum item præcipuum conficiant, & habeant, in quo cum omnia, singulaq; annua legata, tum onera illis adiuncta, ordine, distinctè, enucleatèq; perscripta omnino sint. Cuius libri exemplum publici Notarij manu, signo, auctoritateq; munitum, in Archiuum Episcopale, vbi asseruetur, eodem spatio deferant.

Vt locorum piorum oneribus satisfiat, neue eorum bona alienentur, qualiter episcopus curet. Cap. XXIII.

**E**piscopus autem administratores piorum locorum, etiam quouis nomine exemptorum, ac merè laicalium, & priuatorum compellat, omnibus iuris remedijs, ad singulorum onerum satisfactionem, ijs ipsis locis incumbendo; neque vlllo prætextu patiatur, eorum prædia, bonaue alienari contra sacros Canones, & Concilia etiam prouincialia, aut contra piam testatorum voluntatem, qui ea bona, ad certum illum pium vsum destinant.

Tabella legatorum, & menstruorum onerum in loco capitulari publicè tenenda. Cap. XXV.

**T**abellam item publicè propositam, quo loco in Capitulo conuenire solent, perpetuò habeant; in qua pro mensium ratione, proq; rerum genere, ex norma præscripta, ea ipsa, et legata, & onera breuiter, dilucideq; notata sint.

Ex-

Expositos infantes, hospitalis ministri qualiter alendos curent.

Cap. XXVI.

**H**ospitalium, ubi infantes expositi aluntur, curatores, præfektive caveant, ut illos lactentes nutricibus, quas eo nomine conduxerint, plures non assignent, quàm earum unaquæq; lacte suo alere possit; nè ob hanc culpam plerisque illorum fame necari contingat. Quamobrem quot ad lactandi usum nutricibus opus habent, totidem sanè sollicitè conquirant, & conducant.

Si hæc non possunt, alia omni ratione prospiciant, ut lactentium puerorum vita succurratur.

Erectionis piorum locorum monumenta, qualiter ut sculpantur, per Episcopum curanda. Cap. XXVII.

**C**um ad pia instituta perpetuò retinenda, rectèq; exequenda plurimum proficit, eorum monumentum, ad posteritatem firmiter proditum; Episcopi ea cura sit, ut, cum vel in urbe, vel in diœcesi locus aliquis pius ex ædificatur, aut instituitur; illius origo, institutum, titulus, & alia eiusdem generis, quæ opportuna censuerit, in marmore, lapideve solido, aut in tabula ænea incisa, loco eiusdem ædificationis illustri collocata, ad perpetuitatem prodita extent: Idq; ipsum præterea in locis pijs iam ex ædificatis, institutisve, ubi commodè potest, effici, ac præstari curet.

Hospitalitas, & pauperum cura, iuxta institutum, qualiter observanda. Cap. XXVIII.

**V**bi vel foundationis iure, vel alio probato instituto, hospitales ædes, locave pia aliqua ad pauperes, aut peregrinos, aut senes, certosve alios id generis homines hospitio excipiendos, alendosve extant; Episcopus, cuius potissimum est curare, atque adeo efficere, ut piæ hominum voluntates, ad eorum præscriptum rectam executionem habeant; videat, agatq;, ut ne ab ijs locis per illorum curatores, præfektos, ministrosve, ij, quorum causa illa ex ædificata, institutave sunt, repellantur; si illos recipi per facultates licet: Utq; in cæteris etiam, ab hospitalium, piorumve locorum institutione discedatur, neque contrariat, quàm de illorum curatione, administratione à testatoribus, aut ab alijs, qui illa instituerunt, præscriptum est.

Ut eleemosynæ à quibusvis ritè distribuuntur, quid observandum Episcopus censeat. Cap. XXIX.

**I**llud interdum, prout usu venerit, ab Episcopo moneantur, qui eleemosynam erogare quovis modo, aut nomine debent; ut sibi in ea erogatione parochi in primis testimonium, consiliumq; adhibere studeant, quo melius consultum sit, ac prospèctum conscientiæ suæ; cum ille pauperum, & egentium notitiam magis exploratam habeat. Tum verò, quibus locis ita opus esse

Epi-

Episcopus censuerit; præsertim ubi compererit in distributionibus elemosynarum quicquam peccatum esse; vel quia non verè pauperibus distributio fit, vel alias minus fideliter, vel non ad præscriptum piæ testatorum voluntatis; constituat etiam, vel Parochum, vel pios aliquos ex vicinia illa, vel parochia laicos, quorum testimonio, de paupertate illorum, quibus eroganda sunt elemosynæ, constet, antequam ab illis, quorum id curæ est, distribuantur; vel alias id generis certas regulas, quibus caueatur ab eiusmodi erroribus in posterum, præscribat, in distributione seruandas ab illis locis pijs; etiam quæ merè laicalia sint, ac priuata, aut quauis ratione ab Episcopo exempta.

In delictu pauperum, quæ consideranda. Cap. XXX.

**I**N pauperum delictu non egestatis, a inopiæq, solùm, b sed morum etiam, ac vitæ probitatis ratio habeatur. Quo in genere hæc, præter cetera, de illis inuestigentur, An, scilicet, doctrinæ Christianæ scholas frequentent; an fidei prima rudimenta teneant; anq, religiosè, & piè uiuant.

Elemosynæ non ad alium etiam pium vsum, quàm quibus debentur, qualiter erogandæ. Cap. XXXI.

**Q**Uæ porro elemosynæ pauperibus, aut singulis etiam siue hominibus, siue familijs quauis ratione debentur; ne in alium cuiuscunq, rei vsum, ac ne in Ecclesiæ quidem instauracionem, ornatum ve eas erogari liceat; nisi, & eorum, quorum interest, consensu, & Episcopi præterea concessu, eog, literis exarato.

Ad certos vsus pios relicta, ad alios æque pios qualiter non transferenda. Cap. XXXII.

**Q**Uæcunque item, quæ ad certos pios vsus relicta, ab alijs etiam, quàm a piorum locorum administratoribus, persolui, aut præstari debent; in alios, etiam similes vsus, nè necessitatis quidem prætextu, transferantur, etiam si testatoris heredes, quicunque sint, ei rei assentiantur; nisi Episcopus, re perspecta, eam præstiterit facultatem, quæ, iure permittente, ab eo dari poterit, illius permutationis causa.

Distribuenda, quibus debentur, indistinctè compertiantur. Cap. XXXIII.

**Q**Uæcunque elemosynæ nomine, indistinctè per capita, familias ve distribuuntur; eæ deinceps in illos tantùm, qui in ijs verè pauperes sunt, conferantur; nisi ex testamento, fundacionis ve tabulis, aut aliunde legitime Episcopus constiterit, illis etiam, paupertate non laborantibus, indistinctè distribuenda esse.

Qui aliter distribuerit, ei pœna sit, dupli restitutio, grauior ve, arbitrio Episcopi.

cere non possumus, elemosyna tunc danda est potius bono, quàm malo: & quando elemosyna, quæ sit magis indigenti, sit magis meritoria, vid. Ioan. Viguer. in institut. ad Sac. Theol. De Sac. pœnit. c. 16. §. 4. ver. 33. ver. Quintum mortuum.

a Non tã paupertate in pauperibus, quã religionẽ attendere debem, secundũ. D. Hier. relatũ. in c. vlt. 16. q. 1. b Nã, & si omnibus debetur misericordia, iusto amplius, ca. Nõ fatis. 86. d. quò in c. in 2. par. habetur, q̃ in operibus charitatis, nouẽ sunt attrẽdã. vi. gl. in c. si qui filij. 30. dif. in ver. fideles & latius gl. in c. si quis despicit. & in ca. sequ. ver. Postulat. 42. d. vbi ait, quando omnibus suffi-

Qualiter, vt distribuenda ritè erogentur, aliqui sint deligendi.

Cap. XXXIII.

**V**T pijs vnuiuscuſq; generis distributionibus; quas in Vrbe, & in Diœcesi, vel ex vltima voluntate, vel ex consuetudine, aliave ratione quis præstare debet, satisfactum esse Episcopo constet, prout supra decretum est; eam rationem is adhibeat, vbi expedire censuerit; vt quod vel ab vniuersitatibus, vel à sodalitijs, pijsve locis quibuscunque, etiam merè laicalibus, & priuatis, & exemptis quouis modo, vel à quouis homine, eleemosinæ nomine, aut alias piè erogandum, distribuendumq; est; quicquid illud sit, adhibitis etiam duobus viris, per vniuersitates delectis, suo, vel in diœcesi Vicarij Foranei iudicio probatis, & parochi item, in opera pietatis præscripta erogetur, & conferatur.

Distributionum executionem qualiter Parochus describat.

Cap. XXXV.

**P**arochus autem in codicem certum referat, quæ eiusmodi distributiones, quo die, & quibus adhibitis factæ sint, eorumq; & testium subscriptionem adhibere non omitat.

Qui ad distributiones per Episcopum compellantur.

Cap. XXXVI.

**S**I verò vel vniuersitas, vel quispiam se, neque hac, neque alia ratione distribuisse, Episcopus legitime ostenderit, ad satisfaciendum ab eodem compellatur.

Qualiter confratriæ erectio, & habitus interdicator.

Cap. XXXVII.

**N**E vlla cuiusuis nominis piæ confratriæ instituatur, eriganturve, neve erectæ, aut institutæ, collegij sibi habitum sumant, sine sedis Apostolicæ, vel Episcopi auctoritate, & facultate literis explicata.

Vt Sanctarum Vrsulæ, & Annæ sodalitates instituantur, qualiter curandum. Cap. XXXVIII.

**S**odalitates illæ duæ; vna Virginum Sanctæ Vrsulæ; altera Viduarum Sanctæ Annæ nomine; religiosæ spiritualis disciplinæ regulis cõfirmatæ, vberimos, adiutrice Dei gratia, fructus, & populis, et familijs attulerunt; non modò ad retinendum, sed ad excitandum uehementius in fæmineo sexu innocentis vitæ, omnis Christianæ pietatis, & charitatis studium.

Quare Episcopus tum in Vrbe, tum in oppidis diœcesis insignibus, sodalitatem utranque, vt opportunum uiderit, erigi, instituiue curet.

Pacificantium sodalitates, vt erigantur, vel vt erectis adiungantur, qualiter curandum. Cap. XXXIX.

**V**T odij, dissidij, atq; inimicij occurratur; rursusq; paci, cuius fideles in primis amantissimi esse debent, tot sanctissimis vinculis inter se iuncti, consulatur; id, præter cætera, Episcopus paterna sollicitudine curet, in Vrbe, & diæcesi, aliquam hominum, qui morum grauitate, spectata integritate, & auctoritate præstantiores, existant, confratriam instituere; cuius officium sit, discordiæ flammam restinguere, dissidia amouere, concordiam inire, pacemq; inter omnes reconciliare: aut hoc ipsum componendæ inter dissidentes pacis officium alteri confratriæ adiungat, quæ rectè, apteq; id ipsum præstare queat.

Doctrinæ Christianæ ignarus in aliqua sodalitate non admittendus. Cap. XL.

**N**E cuiusuis confratriæ, scholæve præfictus, in scholæ suæ numero quemquam, doctrinæ christianæ rudem, atque ignarum adscribi permittat, cuiuscunque ætatis, aut conditionis ille sit. Id verò cura sit sacerdoti proprio illius scholæ, vel parochi, in cuius finibus est.

Inhabiles, vt in sodalitatibus admittantur, vel retineantur. Cap. XLI.

**N**E facinorosi homines, ne ve turpis Vita, aut infamiæ labe notati, in disciplinatorum, alteriusve generis confratrijs adscribantur. Si qui verò iam ascripti sunt, si moniti, honestè vitæ rationibus se non conformarint; a confratrum numero, Episcopali auctoritate, & cura amoueantur.

Amictus confratrum, qualiter benedicendus, dandus, nec vnquam asportandus. Cap. XLII.

**N**E disciplinatorum, confratrumve alterius generis præficto cuiquam, qui in confratria ascribendus sit, amictum, quod insigne confratriæ est, dare liceat; nisi præfente parochi, aliove sacerdote, qui amictum illum statutis præcibus benedicat: Quem amictum confratres ne vnquam domi, aliove loco, sed in schola asseruent. Qui verò de confratria, aut abibunt, aut eijcientur, illum confratria ipsi dimittant, præfictoq; sine vlla exceptione tradant.

Quando confratres, nè aliorum vespas, & doctrinam Christianam impediunt, officia non recitent. Cap. XLIII.

**Q**UO tempore in Basilica Cathedrali, Ecclesiæve parochiali officium vespas celebratur; tunc ne in vllis confratrijs, scholæve, oratorijs ciuitatis, aut loci illius, ab eisdem confratribus, recitari liceat officia; sed vel ante, vel post recitentur: ita tamen, vt non solum eiusmodi officiorum occasione, non diuertantur illi à diuinis officijs publicis, sed nec etiam à

scholis

*scholis doctrinæ Christianæ, in quibus eiusmodi confratres utiles adiutores, & operarij esse solent.*

Qualiter adhibito Sacerdote, confratrum processiones agenda.

Cap. XLIII.

**D**isciplinati, confratresve cuiuscunque scholæ, cum processiones, supplicationesve collegiatim ipsi agunt; cappellanum, Sacerdotemve alium adhibeant, cuius sit, eam religiosam actionem dirigere; nisi eam aliquando, sine sacerdote, processions, supplicationisve agenda facultatem à parcho, aut ab Episcopo impetrarint.

Arma quando confratribus prohibita. Cap. XLV.

**N**e confratri cuiquam ad cōfratrię Ecclesiam, oratoriumve arma ullius generis ferre liceat; nisi pro dignitatis suæ, aut officij, quod gerit, ratione, hoc alicui conueniens sit. Nemini autem unquam, cum confratriæ amictu indutus est, id liceat.

Nè elemosynam sine licentia confratres quærant. Cap. XLVI.

**N**e cuiquam confratriæ vsquam elemosinam quærere liceat; nisi facultate, quæ literis exarata sit, ab Episcopo impetrata.

Qualiter cum sacerdotis præsentia confratrum officiales constituendi. Cap. XLVII.

**N**e in vlla disciplinorum, aliarumve, scholarum confratria, officiales, ministrosve creati, aut eligi liceat, nisi vel parcho, vel alio sacerdote ab Episcopo constituto, præsentem; si modò aliud Episcopo non videatur.

Qualiter illis constituta confratres omnes, etsi in regularium Ecclesijs resideant, obseruent. Cap. XLVIII.

**Q**uæcunque & in quinto Concilio, & in alijs concilijs prouincialibus nostris, de disciplinorum scholis, alijsve confratrijs, etiam laicalibus constituta aut præscripta sunt; ea Episcopus ab illis inuiolatè, integreque, seruari mandet: etiam si in Ecclesijs regularium illæ scholæ, confrater nitaresve erectæ sint, exerceanturve; ita vt, si quid contra ab eisdem vsquam factum erit, id, pro culpæ modo, ab Episcopo grauiter puniatur, arbitrato suo.

Qualis esse debeat hospitalarius, quæ ab eo cauenda, & præstanda; hospitalitalisve intermissa restituenda. Cap. XLIX.

**H**ospitalarius, isve, cui hospitalium adium custodia committitur; vir sit, cuius fides, pietas, vitæ innocentia, sodalitas, charitas granium viro- rum testimonio commendata sit.

Caueat nè à quoquam, cum hospitium ingreditur, aut, cū inde discedit, quicquam vel minimum, ac ne sponte quidem oblatum, exigat, petat accipiatve.



Ne cum mendacibus, qui ad quæstum omni simulandi arte vtuntur, aliquam turpis lucri pactiõnem pro ijs recipiendis, ineat.

Curet item, nè quid peregrini, aduenæ, pauperesq; hospitio excepti, contra christianam pietatem, bonosq; mores admittant.

Quinimo certam horam, tum mane, tum vesperi, præscribat, qua, ijs tibus paruulæ campanæ datis, omnes simul aliquantisper orent.

Doctrinæ christianæ institutionem introducat, qua præsnito aliquo temporis spatio erudiantur.

Si enim ijs ad corporis victum, curamq; benignè suppeditatur; illud etiam maximè curandum est, vt spiritale doctrinæ christianæ pabulum eisdem tribuatur.

Ne pueros vnà cum adolescentioribus, maioribusq; natu, in eodem lecto cubare permittat.

Neque item eos, qui integra valetudine sunt, cum ægrotis aliquo morbo laborantibus.

Qui autem integra sunt valetudine, ne diutius triduo in hospitio morentur; nisi aliter ex ipsius hospitalis instituto permittatur.

At cum eosdem paucis post diebus redire animaduertit, inuestiget diligenter, quousq; iter fecerint; ac sedulo videat nè ijs modò ad hoc, modò ad illud hospitale domicilium diuertentes, se peregrinos fingant; de vrbe, oppidove tamen verè non exeant, turpi quæstui, atque etiam aleis multisq; alijs flagitijs operam dantes; quod aliquando euenire compertum est.

In hospitalibus, quæ vnionis, vt vocant, iure, alij domui hospitali adiunctæ sunt; vbi longo temporis spatio hospitalitas intermissa est, quamprimùm restituatur, vt iuris est.

Qualem confratribus sacerdotem Episcopus deligat. Cap. L.

**V**nicuique confratriæ Episcopus sacerdotem constitui studeat, ritæ spiritualis vsu peritum, beneq; in sanctis exercitationibus versatum; qui salutaribus consilijs, monitis, documentis, alijsq; officijs confratres in omnem agendi partem, tanquam pater, & Dux spiritualis conformet.

## DE IURE PATRONATUS.

### Tit. XXI.

Comprobatio, Episcopi aliàs requisita, etiam si pro Iure patronatus aliquod Ius regularibus spectet, qualiter sit necessaria.

#### Cap. I.



**Q**UOD Tridentinis decretis de eo, qui præsentatus est, per Episcopum comprobando, etiam si ad inferiores institutio pertinet, constitutum est; id in beneficijs item, vel simplicibus, vel curatis, vel alijs cuiuscumque generis, in quibus etiam, electionis, præsentationis, institutionisve ius, monachis, alijs cuiuscum-

Concil.  
Trid. s. s.  
14. c. 13.  
& s. s. 24  
c. 18. de  
re for. c. il  
lud & c  
Relatū .  
ex. de iu  
re patr.

que

que ordinis regularibus, ceterisve competit locum habere, Episcopus meminerit. Quare si qua hactenus institutio, sine Episcopali comprobatione facta comperitur; eam irritam, inanem ac planè nullam declaret. Ac nè in posterum ita fiat, caueat quàm diligentissimè.

Qualiter ad beneficium Iurispatronatus, non nisi idoneos Episcopus admittat. Cap. II.

**P**RO auctoritate, canonum iure, & à Concilio Tridentino sibi tradita, Episcopus, si idoneos non compererit, à patronis etiam quibuscunque presentatos, ne probet, admittatve; neve instituat; nec verò eis vlllo quouis nomine provideat; sed planè illos repellat. Idoneos porò ne censcat, quos experimento examinibus interrogationibus diligèter factis, & doctrina, & cantus peritia, & alijs qualitatibus, ad rectè, riteq; obeunda munera, ei beneficio, ad quod presentantur, incumbentiæ, coniunctave necessarijs, præditos esse non viderit. Neque illos item, quos pro illius beneficij ratione, legitima ætate, sacrorum Canonum iure, Concilioq; Tridentino præscripta, esse, ex legitimo documento, testificationeve non cognoverit.

d. Sess. 24.  
c. 16. ver.  
quòd si  
iurispatro-  
natus.

Decreta pœnalia contra quoscunque, etiam patronos, bona ecclesiastica detinentes, qualiter promulganda. Cap. III.

**V**Niueritates, lociue homines, etiam qui iurispatronatus habent; qui bona, censum, iurave beneficij Ecclesiastici, aut loci pji, quocunque prætextu detinuerint, anathema, & alias pœnas subeant decreto Tridentino constitutas; non obstante quocunque antiquo vsu, possessioneve. Hoc verò decretum cum illo vulgariter redditum populo edici, atque promulgari sæpe iubemus, quòd diligentius tale crimen caueatur.

Sess. 22.  
c. de re-  
for. c. 11.

In beneficijs etiam parochialibus, iurispatronatus ecclesiasticorum simul & laicorum, quid per Episcopum sit agendum.

Cap. IIII.

**I**N beneficijs, etiam Parochialibus iuris patronatus laicorum simul, Ecclesiasticorumq; hominum, illud Episcopus seruet, atque exequatur, quod de beneficijs, quæ iuris patronatus Ecclesiastici sunt, Concilij Tridentini decretis cautum est. Id ipsum quoque præstet etiam si ex vna parte ad Ecclesiam, & verò ex duabus ad laicum hominem electio spectet.

Qualiter causæ cognitio beneficiorum Iurispatronatus, & si ad alios institutio spectet, ad Episcopum pertineat. Cap. V.

**E**Piscopus quoque beneficiorum, quorum institutionis ius, collationisve ad quoscunque exemptos, aliosve Episcopo inferiores pertinent; iurispatronatus, lites, causas, & controuersias omnes, quæcunque sint, cognoscat, &

definiat: Clericum autem presentatum, qui instituendus erit, ad inferiores institutionis tantum causa remittat; nisi idem inferiores iurisdictionem ordinariam haberent, cuius vigore de controuersis super iure patronatus alioqui cognoscere possent.

## DE CENSIBVS PROCVRATIONIBVS, & exactioibus. Tit. XXII.

Visitatores quæ tantum habeant; diligenterque, & celerrimè visitent. Cap. I.

Sess. 24.  
c. 3. de re  
for. c. Cū  
Aposto-  
lus. i. pr.  
eod. tit.  
In visita-  
tione fo-  
la anima  
rū lucra  
perqui-  
runtur.  
Concil.  
Valē. sub  
Bene. 3.  
c. 17. To.  
5. Nec a-  
liquis ni-  
miate,  
& impo-  
tunitate  
grauari  
debet vt  
illie dici-  
tur



**C**AVEANT visitantes ne legem de victu, procuratione, & muneribus à Sac. Tridentino Concilio definitam transeant. Comitatum autem non habeant, nisi necessarium: si plures dixerint, alant suis sumptibus: mensa sit frugalis, & modesta. Dent autem operam, vt non solum quam diligentissimè, sed etiam celerrimè visitationem conficiant.

Subsidium charitativum qualiter ab Episcopo exigatur. Cap. II.

**E**Piscopus, qui causis iure permissis, subsidium charitativum exacturus est, antequam illud sibi persolvi curet, Clerum, eiusve procuratores, aut negotiorum gestores conuocet, eisq; eam causam exponat, quam obrem illud petere, atq; exigere cogatur; tum humaniter eosdem cohortetur, vt sibi spontè subueniant. Ne verò maiorem summam sibi solui curet; aut patiat, quam Benedicti XII. constitutione, cuius initium est, Vas electionis, prescriptum est, idque, nisi consuetudinis ratione, aliud obseratur.

Quos coadiutores in visitatione Episcopus sibi adhibeat. Cap. III.

**C**um visitationis munus Episcopus per se obierit, vel vnum, vel duos Canonicos, vel alios quoscunque homines Ecclesiasticos, quos vsui, & adimento sibi fore viderit, prout maluerit secum in ea visitandi cura adhibeat.

Quos in visitatione Episcopus, & inferiores secum habeant.

Cap. IIII.

**N**E deinceps plures, quam in primo Concilio prouinciali à Pio Quinto confirmato statutum est, Episcopus secum in visitando conducat, suis tamen proprijs sumptibus licebit ei plures conducere. At verò qui Episcopo, gradum inferiores sunt, in visitatione longè pauciores, & homines, & iumenta adhibeant.

Qualiter laicorum conuiuia Episcopus respuat, aut moderetur. Cap. V.

**L**aicorum conuiuia, vt maximè potest, fugiat; sin autem ad illos diuertere voluerit, cum cetera seruet, tum in primis caueat, vt ne extra

mense

*mens & clericalis modum, regulasq; præscriptas, quicquam ab hospitibus apparetur, apponaturve.*

Pro visitatione adueniens Episcopus, qualiter suscipiendus.

Cap. VI.

**E**piscopo, ad cuiuscunque loci, vel Ecclesiæ parochialis, curat æve visitationem aduentanti, cum illi potissimum, vt Vetus Canon Concilij Turonensis iubet, qui confirmationis Sacramentum, ab eo suscepturi sunt; tum præterea reliqui omnes fideles, exceptis tantum ijs, qui morbo, aduersave valetudine laborant, sicut in Concilio Rhotomagensi cautum est, obiam ordine prodeant: ac stans hymnorum, psalmarumq; precibus, & cum gaudio, timore, summaq; reuerentia illum, tanquam vicem Christi agentem excipiant; prout eodem Rhotomagensi Concilio sancitum est, cuius Canone excommunicatio illis constituta erat, qui ei muneri defuisent.

Dum visitat Episcopus, qualiter ei sit assistendum; proptereaque monitiones fiendæ. Cap. VII.

**N**eque solum quo tempore ille adueniat, sed alijs etiam diebus, dum visitatio parochiæ sit, fideles quam frequentissimi adsint; vt ipsi omnes, ac singuli, si quid ad animarum salutem procurandam opus habent, proprio pastori, parentiq; liberè exponant: Ei, quæ pro illius officij ratione oportet, interroganti respondeant: illum concionantem, monentem, et paternè arguentem, obsecrantem, & increpantem, audiant: Eiusdem iussa, monita, & decreta suscipiant: atque Dei denique voluntatem, quam præsentem per ipsum auribus percipiunt, non tantum obediendi, propensione, sed rectè factis omnino exequantur. Id porro omne, vt fideles diligenter, promptoq; animo præstent, frequentissimiq; in Episcopali visitatione adsint. Parochorum, & aliorum, quorum interest, sacerdotum sit, crebro, prout vsu uenerit, intra missarum solennia illos docere, cum eas officij partes, quas Episcopo uisitanti ab ipsis præstari conueniat, tum uisitacionum in primis utilitates, fructusq; salutare.

Quæ visitationis tempore sint præstanda. Cap. VIII.

**T**empore visitationis omnia præstentur ad præscriptum Concilij provincialis Quarti, vbi luculenter de hac materia, in titulo de Visitacione.

Visitationis decreta qualiter tradenda. Cap. IX.

**V**isitacionis munus ad Dei honorem, animarumq; salutem utiliter institutum, quod fructuosius præstetur; si maxime videbitur expedire, vt antequam ab Ecclesia piove loco, cuius visitatio agitur, discedatur; decreta, eaq; præsertim, quæ de structura, suppellectilive Ecclesiastica, constituta erunt, rectori, aliove, cuius interest, relinquuntur, vt quamprimum fieri potest, diligenter inducantur in executionis vsu. Atque in eo quidem genere decretorum, quæ de illius, vel fabricæ, uel suppellectilis ratione sunt, cum in instructio-

nibus, ea ipsa de re ex prouinciali decreto editis forma præscribatur, non multum temporis ponetur.

Quæ pariter in uisitatione pro delegatis, & similibus causis fienda. Cap. X.

**S**I quæ uerò, ut potè de delegatis, & alijs eiusmodi causis cognosci oportebit; de ijs, loci etiam uisitatione confecta, statui, decerni uè poterit: sed curet Episcopus antea, omnino, si fieri poterit, decerni, quàm ex ipsa plebe, uicarij uè regione abeat, si diæcesis locorum uisitatio fit.

Qualiter, & pro opportunitate temporis, etiam non protrahendi, decreta sint statuenda. Cap. XI.

**A**T QV I in decretis non erit generatim, sed sigillatim, & quantum fieri possit, diligenter statuendum, & à quo, cuius sumptu, & quo temporis spatio quicquam fieri, præstari uè oportebit; & quæ præterea pœna negligentibus, aut contumacibus erit irroganda. Et uerò, si quæ in decretis exequendis difficultas, uel controuersia uidebitur oriri posse; curandum erit, ut planè tollatur. Verùm hac saluari diligentia uideat Episcopus, nè in uisitando, tempus, nisi necessariò, protrahatur, ad maiorem clerici, uel populi, uel Ecclesiarum sumptum. Nec propterea tamen uetitum sit, quominus aliquorum decretorum confessionem, uel editionem differre diutius possit; si ita pro difficultate rei, aliæ uè ratione opus esse, aut expedire indicauerit.

Qualiter decretorum uisitationis liber conficiendus, subscribendus, & asseruandus. Cap. XII.

**Q**Uæ porrò decreta, cum primò eduntur, in libro bene confecto, accuratè, rectèq; exscribantur:

Isque liber in Sacristia Ecclesiæ, alio uè decenti, tutoque loco asseruetur.

Subscribet præterea manu sua ijsdem decretis, in eo libro, Episcopus, uel qui eius nomine uisitauit, uel Cancellarius, uel Notarius uisitationis. Eiusdem uerò Cancellarij erit, publicis tabulis notare, in actisq; uisitationis referre, quo die singula decreta, ordinationes uè singulæ editæ sint.

Qualiter uisitationem, aliàs sibi prohibitam, Episcopus conficiat. Cap. XIII.

Sess. 21.  
c. de re-  
form. 8.

**S**ingulis annis Episcopus ad præscriptum Concilij Tridentini eas cappellarias, quæ hisce etiam conditionibus erectæ institutæ uè sunt, ut Ordinarius, alius uè superior Ecclesiasticus non possit, nè uisitationis quidem, correctionis uè causa, aut alia quauis ratione id sibi vindicare; usq; adeo ut, si contra attentatum erit, nulla, irritaq; sit, & erectio, & huiusmodi uoluntas testatoris. Si uerò cappellarum erectio, fundatio uè, ac testatoris uoluntas, hisce conditionibus præscripta sedis Apostolicæ auctoritate comprobata erit; tunc

Q. dina-

Ordinarius earum Cappellarum administrationis, visitationis, correctionis ve  
ius nullo modo sibi sumat; nisi fortasse quibus testator illarum administra  
tionem, curationem ve reliquerit, aut commiserit, negligentes esse cogno  
uerit.

Cap. XIII.

**E**cclēstias præterea æquitum ordinis Hierosolymitani, is itidem visitet, vt  
summi Pontificis Pij Quinti constitutio præscribit.

DE CONSECRATIONE ECCLESIAE,  
vel altaris. Tit. XXIII.

Cuius Ecclesiæ dies dedicationis sciendus; & qualiter celebrandus.

Cap. I.

**Q**uo die aliqua Ecclesia vel Cathedralis, vel Collegiata vel pa  
rochialis consecrata est, is singulis annis solenni ritu agatur, &  
Missæ sacrificijs, & diuinis officijs, & decenti illius Ecclesiæ  
ornatu.

Quod si certus consecrationis dies ignoratur, non est tamen de consecra  
tione dubitatio; illius diem certum Episcopus statuatur.

Qui constitutus dies consecrationis Ecclesiæ Cathedralis, in Calendarium  
quotannis referatur, stataq; eius celebritas ab vniuerso clero agatur.

Collegiata uero, & parochialis Ecclesiæ dedicationis dies celebretur ab  
illius Ecclesiæ Clero.

Curet autem Episcopus paterna monitione, ne eo die, mane saltem, quo  
tempore diuina fiunt, si Ecclesia Parochialis sit, fideles quicumque in illius  
Ecclesiæ, cuius anniuersarius consecrationis dies celebratur, finibus habi  
tant, seruilis operis quicquam faciant; neque tabernas, officinas ve aperiant,  
quod frequentiores conueniant ad illius officij celebritatem.

Parochiales, & earum altaria consecranda. Cap. II.

**E**cclēsiæ saltem parochiales, non consecrata, omnino consecrentur: item  
parochialium Ecclesiarum maiora altaria.

Qualiter vigilia, & dies, qua fiet consecratio, seruanda erit.

Cap. III.

**C**um Parochialis Ecclesia consecranda erit, ieiunium in vigilia, cum  
supplicationibus populus suæ quisque Parochia seruet: tum in die etiam  
ipso, quo consecratio fiet, abstineat ab omni seruili opere; cumq; diem festum  
colat, & celebret; idq; vtrumque propterea à Parocho ante denuntietur.

Sub die  
22. Septē  
br. 1571.  
inter cō-  
stitutio-  
nes eius-  
dē sūmi  
Pont. n.  
139. in  
Bull fol.  
1134. ca.  
solenni-  
tates. de  
consecr.  
distin. 1.  
Si autem  
de conse-  
cratione  
dubitat,  
tunc ec-  
clesia est  
consecrā-  
da. d. c. so-  
lemnita-  
tes. & ca.  
Ecclesiæ.  
dist. ca-  
dem 1.

Liber, in quo quædam consecrationes, & benedictiones describantur, asseruandus. Cap. IIII.

**L**iber, Episcopo curante, conficiatur: idemq; in archiuo, Episcopali asseruetur: in quem Ecclesiarum, altarium, cæmeteriorumq; consecrationes, & campanarum benedictiones ordine relatæ, ad perpetuam aeternamq; posteris proditæ extent.

Liber prædictus in sacristia qualiter tenendus. Cap. V.

**I**n Ecclesiâ item vniuscuiusq; sacristia liber eiusmodi sit, aut certe aliud scripti genus, publica auctoritate munitum, de illius Ecclesiæ, suiq; cæmeterij, & altarium consecratione, & campanarum benedictione.

Qualiter sculptura, vel pictura aliquarum consecrationum monumenta tenenda. Cap. VI.

**Q**uo firmiter verò, magisq; perpetuum consecrationis Ecclesiarum, & altarium monumentum posteritati prodatur, vniuscuiusque Ecclesiæ consecrationis diem, annumq; literis, etiam in marmore incisus, rectè notari, tabulamq; marmoream, in qua tota consecrationis narratio exaretur, in pariete ab Ecclesiâ fronte, non longè à ianua primaria, loco illustri benè affixam, collocari ex decreto iubeat Episcopus: Item fiat de altarium consecratione. Aliorum verò altarium cuiusvis Ecclesiæ consecratio, pictura saltem aliqua, vel alio signo exprimat, uel in altari ipso, uel loco proximo.

Quarum domuum benedictiones, & qualiter in usum reuocandæ, & fiendæ. Cap. VII.

**A**ntiquus ille benedictionis adium, qua uel recenter adificandæ sunt, uel immundis spiritibus, aliâ ueritate vexantur, ritus, ubi in usu esse desit, Episcopi cura restituatur. In illa porrò benedictione Parochus ritum, preces, psalmos, orationes, in libro Sacerdotali, rituali uel præscriptas, adhibeat.

In profananda Ecclesiâ, vel altari quid seruandum. Cap. VIII.

**Q**uando autè Ecclesiâ est profananda, vel altare, seruetur omnino quod Cardinalis Borromæus in Quarto Concilio hoc de genere luculenter, & piè sanciuir.

Quæ vestes, vasaque Ecclesiastica, à quibus, & qualiter benedicantur. Cap. IX.

**N**e quis Episcopo inferior, vestes, indumenta, vasa uel ad Missæ sacrificium, diuinorumq; officiorum cultum, aut ad altaris ornatum parata, sine sedis Apostolicæ facultate, benedicat; nisi si alicui de iure talia benedicendi

dicens

dicendi facultas competeret. Quæ autem ab Episcopo, aliove auctoritatem habente benedicta non sunt, ut iam cautum est; statim solenni prece benedicantur.

Tabernacula Sanctissimæ Eucharistiæ reconditoria qualiter benedicenda. Cap. X.

**S**acra prece, ex formula libri Pontificalis, tabernaculum etiam ligneum, in quo Sanctissima Eucharistia recondatur, ante benedicatur, quàm ad illius condendam usum adhibeatur.

Quando domos, earum aspersione, & qualiter Parochus benedicat; & propterea nihil petat. Cap. XI.

**A**quæ benedicta, qua vel Sabbatho Sancto, vel in vigilia sacri diei Natalis Domini, vel alio tempore, locorum consuetudine, ædes Parochialium hominum aspergi solent; aspersio cum plena mysteriorum est, tum propria Parochorum. Quamobrem statim tempore, nè alius Sacerdos, quàm proprius Parochus illas aspergat, alijsve ab eo constitutus; neve item Sabbatho Sancto ante ille aspergat, quàm benedictio solennis fontium celebrata sit. Aspergendo autem precibus ritè utatur, Parochus, ad præscriptum libri ritualis. Illud autem in hoc aspersione munere caueat omnino, ut ne signo quidem aliquo, ac nutu, nedum uerbis eo sanctæ aspersione nomine, quicquam petat.

## DE CELEBRATIONE MISSARVM, ET diuinorum officiorum. Tit. XXIII.

Missas celebraturos cognoscat, et ad hoc ipsum cogat Episcopus.

Cap. I.

**R**ÆCEPIT Sancta Tridentina synodus, ut quæcunque in missæ celebrationem irrepserunt, à tanti sacrificij dignitate aliena, ea Episcopi tollere sedulo studeant. Quamobrem nos eiusdem Concilij decretum exequentes, & Sanctissimum missæ sacrificium, in qua illa Deo Patri placens hostia, Iesus Christus, in odorem suauitatis offertur; singulari religione, ac pietate, & à Sacerdotibus celebretur, & à populo colatur; hæc statuimus: Episcopus nosse studeat omnes, qui in quavis Ecclesia Missam celebrare, Sacerdotem, qui celebret, exhibere, debeant; cogatque suo officio satisfacere.

Seff. 22.  
in decreto de iob  
feruadis  
& euitadis  
in celeb. miss.

Nemini sine licentia in Ecclesijs secularibus celebrare permittatur. Cap. II.

**N**EMO Clericus, vel Laicus in suis secularibus Ecclesijs, cappellis, vel Oratorijs, quamuis ab Ordinario probatis, etiam si ius patronatus sint, quemquam Sacerdotem celebrare patiantur; qui scriptam celebrandi facultatem ab Episcopo non impetrarit.

Licentia



Licentia prædicta qualiter habenda. Cap. III.

**Q**UOD si quis onus recipiat ad tempus, vel perpetuò ibidem celebrandi, vel eisdem locis inseruendi; hunc non generatim, sed nominatim eorum locorum causa, eiusmodi facultatem impetrare volumus. Qui contra præscriptam rationem, vel celebrarit, vel, ut celebretur, permiserit, grauius puniatur.

Quando clericis alienæ diœcesis diuina facere Episcopus non permittat. Cap. IIII.

**C**Lericis alienæ diœcesis rei diuinæ faciendæ facultatem ne permittat Episcopus; nisi ostendant literas testimoniales, seu dimissorias Ordinarij sui, duobus tantùm mensibus ante, si in Prouincia; si extra Prouinciam in Italia, quatuor; sex verò, si extra Italiam datas; vel si eæ antiquiores sint, afferant etiam scriptum testimonium de vita & moribus, ab ijs Ordinarijs, in quorum diœcesi post illud tempus aliquandiu permanserint.

Qualiter criminosi à Sacro arcendi. Cap. V.

**S**acerdotes, qui publicè, & notoriè criminosi fuerint, à missæ celebratione sarceantur; nisi emendata vita, sceleris maculam eluerint.

Ante Parochialem, qualiter alibi missa non celebretur. Cap. VI.

**N**emini sine facultate, ab Ordinario scriptis impetrata, in Oratorijs solè litatum secularium, quas confraternitates vocant, alijsve ecclesijs, cappellis, aut Oratorijs secularibus, quæ parochialis ecclesiæ finibus continentur, Missam celebrare liceat Dominicis, & reliquis festis diebus; nisi absoluta concione, quæ inter Missam in Parochiali Ecclesia habebitur; nisi aliud ex causa Episcopo videatur.

Quo tempore Missa non fit celebranda. Cap. VII.

**M**issa, nec ante auroram, excepta nocte Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, nec post meridiem, celebrentur.

Ordo in Missarum multarum celebratione seruandus.

Cap. VIII.

**I**n Ecclesijs, vbi plures Missæ celebrari solent, is ordo seruetur; vt pro populi commoditate prima diluculo, reliquis deinceps debito intervallo distributis, postrema autem, quo tardius liceat, celebretur. Quod si eodem tempore pluribus locis Missa celebranda sit; rationem ineant rectores ipsarum Ecclesiarum, nè sacerdotes inter se, alijs ab alio, perturbentur.

Nè Missa in priuatis ædibus celebretur. Cap. IX.

**N**ullus sacerdos, quemadmodum à Tridentina Synodo statutum est, in priuatis ædibus, & omnino extra ecclesiam, & Oratoria, quæ diuise

a Cõcil.  
Mogunt.  
sub Seba-  
stiano Ar-  
chiep. c.  
55. To. 5.  
Trid. su-  
pra citat.  
verf. Ne-  
minè p-  
terea. In  
fra. c. 44.  
eod. tit.

Declara-  
tur infra  
eo. c. 44.  
Declara-  
tur infra  
eo. c. 43.  
Sess. 22.  
in decre-  
to de ob-  
seruan. i  
cele. mis-  
sæ. verf. Ne-  
minè p-  
terea. qd  
declarat.  
Nauarr. i  
Man. ca.  
25. n. 81.

tantum

*tantum cultui dicata, & ab Episcopo designata, ac visitata sint, Missam celebret.*

Oratoria, ut concedantur, qualia esse debent; & ipsis qualiter utendum. Cap. X.

**I**n designandis Oratorijs, vel probandis hæc seruent.

*Nè sint in interiorum ædium partibus, in quibus domini, vel familia frequentius versentur; sed commode, & honesto loco à cubiculis, Triclinijs, & ab aula separato, ad templi formam & regulam proprius accedant.*

*Nè ita angusta sint, ut qui Missam audierint, ad ostium, aut fenestram stare cogantur; aut denique ibi sacris interesse, ubi promiscuè profanum aliquid exerceatur; quod fieri omnino prohibemus.*

*Cui autem id permissum fuerit, is eo rarius utatur; nè distracti homines illa commoditate, Ecclesiam Dei minus frequentent; quod exemplo etiam noceat alijs.*

Quando de beata Virgine Sabbatho sacrum, vel commemoratio fiat. Cap. XI.

**D**ie<sup>a</sup> Sabbati semper Missa de Beata Virgine celebretur; nisi diei solennitas, vel ecclesie institutum interdum obstiterit: quo casu eius omnino commemoratio fiat; nisi, & id ecclesie instituto impediatur.

Quot collectæ in Missa dicendæ. Cap. XII.

**N**e plures tribus, vel ad summum quinq; orationes, seu, ut vocant, collectæ dici possint; nisi ubi ecclesie institutum aliud postulet.

Dum prima celebratur Missa, quæ tollenda. Cap. XIII.

**T**ollat Episcopus sumptuosa conuiuia, ludos, choreas, & omne inaniam oblectamentorum genus, ceterosq; omnes abusus, qui populi temeritate, aut Sacerdotum auaritia, in noua, ut vocant, Missæ celebratione irrepserunt; & in eos, qui in hoc genere aliquid peccarint, Episcopus grauiter animaduertat.

Missæ ritus, & cæremoniæ, à quo prius docendæ, & qualiter seruandæ. Cap. XIII.

**M**agister cæremoniarum cathedralis ecclesie, eos, quibus prima Missa celebranda sit, & qui præterea sacerdotes minus peritè celebrant, Missæ ritibus, ac cæremonijs instituat: qui si huic muneri obeundo vnus par esse non poterit, alijs idoneis sacerdotibus Episcopus eas officij partes deleget. Neque cuiquam primam Missam celebrare liceat, qui ab ijs institutus non sit.

Præcipimus autem, ut sacerdotes in Missæ celebratione, cæremonias à Sancta Romana Ecclesia institutas, ad prescriptum Missalis noni, ad vnguem seruent, neque alias adhibeant.

Optimū quidē cōsiliū, si quidem magni refert, Potentes & diuites maiores crebrius adire Ecclesias, ut præclarè admonuit Cōcil. Tici. sub Bened. 3. vers. Doctrina verò. To. 3. supr. De parochis c. 14.

a Quare Sabbati dies, ad B. V. magis, quā alia applicetur. vid. Durant. in Rat. li. 4. c. 1. ti. de missa. nu. me. 31.

Quæ à celebrantibus, eorumque ministris, ac subditis, missæque interessentibus præstanda sunt. Cap. XV.

**V**T ab omni indecoro, & absurdo capitis, oris, & reliqui corporis motu abstineant.

*Vt, cum eleuatione peracta, sacra Hostia mouenda, vel sumenda erit; ita moueant, nè iterum sustolli videatur.*

*Vt præter institutum Ecclesiæ Romanæ ijs, quæ secretò, vel quæ palàm dicuntur; quidquam addi, vel detrahi non liceat.*

*Vt quæ palàm pronuntianda sunt, distinctè; & clara voce dicant.*

*Vt secreta, quæ Vocantur, secretò etiam pronuntient.*

*Vt neque tardius, neque celerius, quàm par sit, verba proferant.*

*Vt propter erroris casum, qui in omni Missæ parte grauis, in Canone grauior, in ipsa verò consecratione grauissimus est; Missam legant; non memoriter dicant, aut canant.*

*Vt coboperto capite celebrare non audeant.*

*Vt quòd puriores ad diuinam rem faciendam accedant, saltem singulis hebdomadis peccata sua confiteantur; nisi eos ob mortalis peccati culpam frequentius id facere oportuerit.*

*Vt antequam celebrent, se colligant; & orantes, mentem in tanti ministerij cogitatione defigant, quòd, vt commodè fieri possit, curet Episcopus, vt in singulis Cathedralium, Collegiarum, & Parochialium Ecclesiarum sacristijs, singulæ cellulæ ad hunc sacerdotum orandi, & meditandi vsum instituuntur.*

*Vt antequam ad altare accedant, Missam perlegant; & singulas partes ita preparatas, & notatas habeant, vt celebrantes neq; errent, neq; hæcant.*

*Vt sacris vestibus induti, cum nemine colloquantur, neque loquentibus dent aures; mentemq; & oculos ab omnibus amoueant, & quibus distrahi possunt; neque, è sacristia exeant, nisi cum ad altare eundum erit: quòd tum grauiter, & modestè fiat.*

*Vt pileum, birretum, aut subbirretum, chirothecas, sudarium, aut quòd-cunque denique huius generis in altare ne ponant.*

*Vt ibi ne in mora sint sacrificio, cuiusuis expectandi gratia. Neve ob eandem causam, Missa inchoata, subsistant, aut eius initium repetant. Neve si parochi sint, cuiusquam gratia, metuue Missam anticipent, aut differant, sed illam ea potissimum hora celebrent, quæ populo magis accommodata sit. Neve concionem, quam in ea habere debent, vllò modo omitant, in gratiam alicuius.*

*Quòd si fortè quispiam imperio quodam, aut contumelia, aut minis, aut vi contenderit, vt Sacerdos quidquam contra, quàm hoc decreto sancitum est, faciat; si clericus sit, & beneficium obtineat, eo priuetur; si non habet beneficium, ne habere quidem ad quinquennium possit; si laicus, re ipsa iam tunc excommunicationis pœnam subeat; neque ad decennium feudi, aut emphyteosis nomine quidquam ab Ecclesia consequi possit; & si quid obtinet, eo priuetur.*

Ut peracta missa, pro summi beneficii munere, Deo gratias agant.

Ne Sacerdotes, cum in fine Missæ fuerint, vel eorum Ministri, recedant ab altari: Neve vasa, aut linteolos sacros colligant. Ne cuiusquam rei tollendæ, vel mouendæ causa manus admoueant. Ne candelas restinguant; nisi absoluto Euangelio, quod post benedictionem dicitur.

Celebranti Sacerdoti, vnus saltem minister adsistat; isq; clericus, vbi possit, & talari veste, & superpelliceo indutus.

Ministri candelas accedant, Missale, & vreceolos, & alia quæ ad Missæ misterium requiruntur, prius suis locis in altari collocent, quàm eò Sacerdotes accedant; qui, nisi his omnibus preparatis, confessionem ordiri non debent.

Sacerdote missam celebrante, ministri per Ecclesiam ne vagentur; nevent operam colloctionibus, aut candelis venditandis; sed composito corpore, nullo gestu modestè (vt debent) Sacerdoti adsistentes inseruiant.

Moneant Parochi frequenter Patresfamilias, vt filios, & famulos, quos in bestijs pascendis occupant, saltem diebus festiuis, missæ iubeant interesse. Viduæ ob maritorum mortem, non sint sine missæ auditione. Quain re nulla valeat excusatio cuiusuis consuetudinis; quam irritam, & abusum esse decernimus: eas item Episcopus, etiam censuris Ecclesiasticis, id facere cogat.

Parochi populum frequenter hortentur, vt in sua Parochia festis diebus missam audire ne omittant. Moneantq; eum diligenter, debere vnumquemque (vt à Sacra Tridentina Synodo traditum est) in Parochiam suam, vbi id fieri cõmodè potest, a conuenire ad audiendum verbum Dei.

Fideles, cum Missæ intersunt, ita se componant, vt corporis habitu, animi religionem<sup>b</sup> præst ferant.

Nè in foribus Ecclesiæ, c vel extra subsistant, nisi necessitatis causa.

Aperto capite sint. <sup>d</sup> Et quo tempore à Sacerdote confessio dicitur, c & grauiora Missæ mysteria peraguntur, sint flexis genibus.

Nè propè ad altare accedant, vt indecorum sit, & Sacerdos perturbetur.

Nè prius discedant, quàm sacerdos Euangelium, quod post benedictionem dicitur, absoluerit.

Priusquam per deligendos canonicos de eorum aptitudine inquiratur, soliti ecclesiarum officiales nè creentur.

#### Cap. XVI.

**N**E Studium, ac pietas eorum, & qui celebrant, & qui audiunt diuina officia, perturbentur; neque quisquam alieni muneris partes vsurpet, suum quisque officium diligenter exequatur, omniaq; vt debent, in domo Dei, ordine fiant: hæc statuimus:

Cathedralium, & Collegiarum Ecclesiarum Capitula, quibus ius est

<sup>d</sup> Vide infra eod. c. 33.

<sup>c</sup> Qui sine attentione necessaria missam audit, præcepto non satis facit, & peccat. Nauar. in Man. c. 21. nu. 8. & in Enchir. de orat. & hor. Can. c. 9. nu. 9. & c. 21. nu. 40.

Missam audientes ante benedictionem Sacerdotis exire non præsumant, alias ab Episcopo publicè confundantur. c. Missas. cum seq. de consecr. dist. 1.

a Sef. 22  
in decre  
to de ob  
feru. &  
enitã. in  
celebra.  
missæ ad  
finem, &  
Sef. 24. c.  
de refor.  
4. versic.  
Moneat  
Episco-  
pus.

b Supra  
de Paro-  
chijs. ca.  
14. & if.  
eo. c. 37.  
c Qui  
missæ sa-  
cro iter-  
sunt, ne-  
dum ab  
otiosis,  
& inuti-  
libus ver-  
bis, verũ  
etiam à  
pernicio-  
sis cogi-  
tationib.  
prorsus  
abstine-  
at, vt pie  
statuit.  
Cõc. Tu-  
ronens.  
c. 38. sub  
Leone 3.  
Tom. 3.

creandi,

creandi cuiusvis generis officiales, & Ministros in eisdem Ecclesiis initio anni semper tres diligant Canonicos; quorum munus sit, cum huiusmodi creatio facienda erit, prius diligenter de eorum, qui creandi erunt, moribus inquirere; deinde coram Episcopo iurare, eos, quod ipsi sciant, probos, idoneos, & dignos esse, qui ei muneri praeponantur. Quod si aliter officiales creentur, eorum creatio nulla, & irrita sit.

In dignitate constituti per se munus suum obeant. Cap. XVII.

Concil.  
Trid. sess.  
24. ca. de  
reformat.  
12. vers.  
omnes  
vero.

**A**rchidiaconi, Archipresbyteri, alijque in dignitate Ecclesiastica constituti, Canonici, & reliqui Ecclesiarum Ministri in sacris Ecclesiis officij munus suum ipsi obeant; non per alios exercent.

Quibus nullum munus non satis apparet impositum, qualiter imponatur. Cap. XVIII.

**Q**uod si aliqua dignitas, personatus, aut officium in ecclesia fuerit, cui neque ab institutione, neque à iure communi, neque à proprijs constitutionibus, quae probatae sint, proprium munus in diuinis officijs sit attributum, aut quod sit, non satis constat; Episcopus, duobus adhibitis de Capitulo, quorum alter ab Episcopo ipso, alter à Capitulo, deligatur, assignet singulis dignitatibus, & officijs proprium munus, quemadmodum cum sententia sacrorum Canonum, & cum proprijs Ecclesiae probatis constitutionibus proportionem loci magis congruere iudicabit.

Si de alio non constat, qualiter beneficijs aliquod onus imponatur; nec propterea iuri unionum praedudicatur.

Cap. XIX.

Pro seruitio  
spirituali  
institutum  
est beneficium.  
c. ult. de re  
scri. in 6.  
Rebuff. i  
praxib.  
tit. dispen-  
satio de  
non re-  
sid. nu. 2.

**C**aeteris etiam beneficijs, quaecunque, iam ab ecclesiasticis officijs immunitate nomine appellentur, siue Canonicatus, siue clericatus, siue etiam simplicium nomine appellentur; si Episcopus pristina munera restituat, ac, si non constat satis, qualia ea essent, pro fructuum ratione onera imponat, aut Missas, diuinaque officia celebrandi; aut, si clericatus, simpliciaue beneficia sunt, minorum etiam ordinum functiones obeundi, ad diuini cultus propagationem. Nec verò tamen vetamus, quin talia beneficia vniuerso Episcopo liceat, ex facultate sibi communi iure, concilioque Tridentino permessa.

Apocrypha qualiter deuitanda, & iuxta calendarium quotannis ritè fiendum, diuina sint celebranda.

Cap. XX.

**V**ideat Episcopus, alijs doctis, & pijs uiris adhibitis, & semper inuigilet, ne quid apocryphum legatur in diuinis officijs; & à communi Romane Ecclesiae officio ne discedatur.

Diuina officia ex ordine Calendarij Missalis, & breuiarij nouorum, & ecclesiae instituto celebrentur; nec ea ratio mutetur: quamobrem à magistro cho-

ri ca-

ri cathedralis ecclesie, vel alio, cuius id munus sit, edatur singulis annis calendarium dierum festorum; quo singulorum dierum officij ratio prescribatur.

Ab omnibus ad regulam calendarij diuina celebrentur.

Cap. X X I.

**O**Mnes inferiores ecclesie, quacumque illa sint, diuinorum officiorum rationem dirigant ad regulam calendarij Cathedralis ecclesie; neque ab ea aucedant.

Quando prius matri ecclesia campana non pulsanda.

Cap. X X I I.

**I**N vrbe, Oppidis, aut Vicis nullum signum communium officiorum campana detur ante signum Cathedralis, vel cuiusque loci matricis ecclesie, nisi episcopo aliud videatur; maxime uero Sabbato hebdomada Sancta, & in Angelica salutatione matutina, meridiana, & uespertina: qua in re matutinum excipimus, quod non ubique eodem tempore dici solet.

Horae canonicæ, et beatæ Virginis quotidie, et ex interuallo qualiter recitandæ. Cap. X X I I I.

**H**oræ Canonicae omnes in Collegiatis Ecclesijs quotidie in choro dicantur: quæ ratio, neque concione, neque solenni Missa, neque alia causa, impediatur.

Nec horæ aliq̄ beatæ Virginis, ne in matutino quidem, in choro omitantur; exceptis diebus, & locis, quibus ex ratione officij, eas pretermittere licet.

Horæ ita commodè diuidantur, ut mane aliquod interuallum, si id fieri potest, sine detrimento diuini cultus, detur canonicis, & alijs ad studium diuinae scripturae, aut sacrorum canonum.

Laici, à choro stent seiuncti; ibidemque quibus indumentis, et ceteris ministrent. Cap. X X I I I I.

**C**horus ita uel sepiatur, uel constituatur, ut tempore diuini officij, laicis aditus in eum esse non possit; uel saltem à clericis seiuncti sint.

In choro, uel omnino in Ecclesia nemo ministret sine superpelliceo, aut cæteris indumentis, quæ pro ratione officij requiruntur.

Superpellicea latis sint manicis, omnino non angustis, instar rocheti.

Candelæ, & cerei in missa, & alijs diuinis officijs ea exiguitate ne adhibeantur, quæ in tanto mysterio dedecet, & adstantibus offensionem adferre possit.

Prælati  
oēs de-  
bēt cura  
re, ut ho-  
ræ cano-  
nicæ de-  
uotè psal-  
lātur, &  
quæ in ec-  
clesijs, di-  
uinum,  
pariter  
ac noc-  
turnū cō-  
ueniēter  
celebret,  
officiū  
quod Cle-  
mens V.  
Pontif.  
max. sta-  
tuit. in  
Concil.  
Vtinenſi  
c. r. de ce-  
leb. Mis.  
in Clem.

Quando circulatores abigendi: Item pulsationi hebdomadæ Sanctæ modus adhibendus. Cap. X X V.

**E**pisopus ne patiatur circulatores, circumforaneos, et id fallax hominum genus tempore diuinorum officiorum in foris, & plateis Ecclesiarum versari.

Curet idem, vt ex eo more pulsandi in tenebris sanctæ hebdomadæ ad representandam creaturarum rerum perturbationem in passione creatoris, omnis licentia, & indecorus tumultus amoueat.

Matutinum, & prima quando, & vbi celebrentur. Cap. X X V I.

Matu-  
num, &  
prima.

**M**atutinum officium, uel media nocte, uel saltem eo tempore instituat, ut sub ortum solis absolutum sit; uel ea hora, quam Episcopus præscripserit: ea tamen habita ratione, vt verè matutinum dici possit; & alia horæ missæ, & officia mature perfici queant. Sed præterea eorum Canonicorum, & clericorum commoditati consulatur, qui propè Ecclesiam non habitant.

Matutinum uesperini nunquam omnino dicatur; exceptis tamen diebus Octauæ festi, & solennis Diei Corporis Domini Nostri Iesu Christi, & tribus diebus hebdomadæ sanctæ posterioribus.

Matutinum in choro Ecclesiæ celebretur, quouis anni tempore.

At si tamen uehementia frigora sint, uel aliq̄ uelle iustæ causæ intercedant; de licentia Episcopi, in sacristia, uel honesto alio eius Ecclesiæ loco dici possit.

Prima, Oriente Sole, dicatur, uel paulò post, pro consuetudine Ecclesiæ.

Missæ solennes, & aliæ quando, & à quibus canantur.

Cap. X X V I I.

Missæ so-  
lennis.

**E**pisopus missam maiorem, & Uesperas, nisi impediatur, Paschalibus, et alijs maioribus festis diebus cantet.

Diebus uero dominicis, & festis duplicibus Canonicus hebdomadarius hoc faciat; nisi ijs diebus, ij, qui in Ecclesia dignitates obtinent, id munus obibunt, uel Ecclesiæ instituto, uel Episcopi iussu.

Alijs diebus, nisi de more, uel instituto Ecclesiæ, id munus sit Canonicorum; quod seruari iubemus, idem præstabunt Mansionarij, aut alij sacerdotes ad id designati.

Negligens in decantatione missæ qualiter puniendus: eoq̄ legitime impedito, quid agendum. In pontificalibus, uel aliter celebranti, qui inseruiant, & Eucharistiam sumant. Episcopus

quando diuinis interfit, qualiterq̄; deducendus,

& reducendus. Cap. X X V I I I.

**Q**ui sacerdos missam solennem in Ecclesia Cathedrali, uel Collegiata celebrare debet, & suo muneri defuerit, nisi legitime impeditus, eius rei

facult-

facultatem à preposito chori, uel sacrista impetrarit, in singulas uices soluat decem solidos, in usum Ecclesiæ, uel sacristiæ erogandos, arbitrio Episcopi, uel ei dandos, qui illius loco celebrarit.

Qui impeditur, quo minus missam celebrare possit, sacristam moneat in tempore: ut, accepta eius excusatione, curare possit, ut ab alio missa celebretur.

Episcopo, & ei, qui ea dignitate preditus sit ut Pontificalibus uti possit, die festo solennem missam celebranti, assistat sacerdos, qui assistens dicitur, pluuiali indutus.

Si assistendi munus nemini attributum est, Episcopus cum capitulo attribuat, ut certos eligat sacerdotes, qui id in orbem obeant, cuius officij immunes sint hebdomadarij, magister chori, & punctatores.

Diaconus etiam, & Subdiaconus eisdem ministrent sacris uestibus induti.

Alijs uero inferioribus ut ministrent Diaconus, & Subdiaconus, sacris uestibus induti, in Ecclesijs, ubi id fieri poterit.

Curet Episcopus, ut, quemadmodum admonet sacra Tridentina Synodus, Diaconi, & Subdiaconi, saltem dominicis, & festis, solennibus diebus, cum altari ministrauerint, Sacram Eucharistiam sumant.

Diaconi, uel Subdiaconi, qui ex iure, statuto, uel consuetudine, certis diebus altari ministrare debent; si defuerint, eius horæ distributionem ne capiant; quorum uices subeant ij, quos chori præfectus iusserit: quibus detur aliqua pars distributionis, quæ absentibus est adeptæ.

Ubi nemini nominatim id munus in ea Ecclesia impositum est, quibus Diaconis, uel Subdiaconis, chori prepositus id negotij dederit, illud suscipiant.

Episcopus quàm sæpissimè potest solenni missæ, ac diuinis officijs intersit. Diebus uero Dominicis Aduentus, & Quadragesimæ, nisi legitima causa intercesserit, omnino ne desit, si est in Ciuitate.

Episcopum ad celebrandum, uel audiendam missam, ad alia uero diuina officia solennia uenientem, Cathedralis Ecclesiæ Canonici deducant, & reducant, ut hætenus est obseruatum.

Quibus in Ecclesijs monialium celebrare non licet.

Cap. X X I X.

**N**E in monialium Ecclesijs, ac ne in ijs quidem, quæ Episcopi curæ subiectæ non sunt, sæculari cuiquam sacerdoti, etiam si ubiq; celebrandi facultas generatim, (nisi à Sede Apostolica,) ei data esset, missæ sacrum facere liceat; præterquam cui nominatim id ab Episcopo concessum est. Qui contra admiserit, à missæ celebratione, eiusdem arbitrato, suspendatur.

Adi. stes.

Vide ca. Episcop<sup>o</sup> Deofacri- ficas, de conf. d. 1.

Sess. 23. ca. 13. de refo. d. c. Episcop<sup>o</sup> Deo sa- crificans de conf. d. 1. & ca. Peracta eo. tit. d. 2. c. Episcop<sup>o</sup>, de conf. d. 3.



## Missæ quando pro mortuis dicendæ. Cap. XXX.

**Q**ui Ecclesiasticum beneficium obtinet, cui id oneris iniunctum est, ut *Rector, vel toto anno, vel certis diebus, missam celebret; is singulis mensibus saltem semel missam, quæ de defunctis dicitur, pro illis mortuis celebret, qui vel illud dotarint, vel aliquid ei legarint, vel donarint: id quod, nisi sæpius pro mortuis celebrare debet, vel ex institutione, vel ex alia oneris sibi iniuncti ratione.*

Non recitantes diuina officia, etiam beatæ Virginis, qualiter mulctandi. Cap. XXXI.

**E**piscopus curet in sua diœcesi, ut officia diuina, quæ singulis Canonicis horis præstari debent, & publicè in Ecclesia, & priuatim à singulis Sacerdotibus, Clericisve inferioris ordinis, qui illa obire debent, celebrentur, & peragantur ad præscriptam Breuiarij Romani rationem. Si verò secus à quibusdam factum erit, a cum isti, ut Pij Quinti Pontificis literis nominatim sancitum est, horarum Canonicarum officio, quod debent, non satisficiant; eos ipsos Ordinarius ipsos mulctet, quæ Lateranensi Concilio, à Leone Decimo, & Prouinciali Synodo superiori, contra clericos constituta sunt, & qui Canonicarum horarum officium intermittunt, a & constitutione Apostolica eiusdem Pij Quinti, etiam quò ad eos, qui ratione pensionum, officium Beatæ Mariæ recitare tenentur.

Quando, & ubi plures missæ eodem die sint canendæ, et quid à choro. Item nè patena alicui deosculanda præbeat. Cap. XXXII.

**M**issæ conuentualis sacrum pro diei festi, feriæve ratione, ne in Cathedra *M*li, Collegiatisq; Ecclesijs omittatur, propterea quod eodem die à capitulo etiam pro mortuis, vel ex decretis nostris, vel legatis defunctorum, vel alia de causa fieri debeat; sed tunc, ut Honorij Tertij constitutione cautum est, & semel pro feriæ, festiueve diei ratione, missa conuentualis sacrum fiat, & iterum eodem die pro mortuis.

Si quando autem, quo tempore sacerdos secretò agit, aliquid canendum videtur, nè quicquam canatur, quod etiam illi actioni aptè conueniens, Episcopo non antè probatum sit. Itidemq; quod ad probationem attinet, in alijs diuinis officijs seruetur. Symbolum verò fidei totum à Choro, non alternatim organo, canatur.

Ne patena, cum oblatio fit, sed crux, aut sacra aliqua imago offerentibus fidelibus ad osculum præbeat.

a Datum 1571. duo decimo. Kal. Octob. Pöt. sui anno. I. inter Const. eiusdè B. Pöt. nu. 138. i. Bul. fo. 1134. b Sess. 9. verf. statuimus quoque Tom 5. c Inf. eo. e. 71. d Officiu B. V. reformauit & illud recitanti bus indugentias concessit, sui summi. Pötif. vt in ei<sup>9</sup> Bul. la. Idib. Martij. 1575. inter eiusdè const. nu. 125. in Bull. fol. IIII. Quis ante officium istud B. V. præceperit vid. Nauar. in Ench. de orat. & hor. Can. c. 10. nu. 3. e In c. cum creatura eod. tit. de celebr. miss. in decretal.

Qualiter notoriè criminosi, non resipiscentes, ab altari sint arcendi ;  
& in paschate non communicantes puniendi.

Cap. XXXIII.

**E**piscopus efficiat, ut qui publice, notorieq; criminosi sunt, sacris ne intersint, a ut Tridentino decreto sancitum est ; idq; vel monendo agat, vel iubeat, à Sacerdotibus Missæ sacrum, illis presentibus, non inchoari, quoad ipsorum admonitu, se inde abduxerint; vel alia quavis ratione seuerius agat, ut illius decreti executioni sit omnino locus. Tum præterea, nisi, vitæ emendatione suscepta, isti confessi in sacro Pascha sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum susceperint; contra eosdem agatur, prout canonico iure in illos agi sancitum est, qui in Pascha non communicant.

a Sess. 22. in decreto de obseruâ. in cele. missæ. verf. Ne minè præterea.  
b Su. co. c. 15. sub finem.  
c Plebs diligenter erudienda, vt missæ factû vsum & rati myste rij vim intelligat. ad quod vid. Cœc. Moguti. sub Archiep. Sebaft. Cæ. 58. To. 5. d Vid. c. sacerdotû. de cõsecr. d. 2. c. 1. i pri. de vit. & hon. cle. e Missæ quo gestu, & qua deuotione audienda, pulchrè habet in sup. cita. Cœc. Moguti. c. 59. vbi omnino vident. f Stent. c. Apostolica. de cõsecratio. dist. 1.

Audituri sacrum, quibus monendi. Qualiterq; altari non adhereant, & genuflectant. Cap. XXXIII.

**C**um audiendæ missæ rationem populum Parochus docet, quo ex propitiatorio illo sacrificio <sup>b</sup> vberiore ille fructum, capere possit, hoc <sup>c</sup> eñ sape admonet, vt campanæ signo dato, quo fideles ad Missæ sacrum vocentur, se se quisq; colligens, si sibi alicuius mortiferi peccati conscius est, summo ex eo dolore affectus, vitæq; emendandæ certo, stabiliq; proposito suscepto, supplex à Deo veniam petat.

Ne verò quis, uel vir, uel mulier, gradibus <sup>d</sup> altaris hæreat, aut propè altare sit, dum sacrum fit. Ideo Sacerdos celebraturus herentes inde se longius abduci iubeat; quo celebrante, hoc ministrans Clericus præstet, ex decreto Concilij Moguntini.

Missæ ita fideles intersint, <sup>e</sup> vt in omni eius parte genibus flexis sint, nisi cum Euangelium pronuntiat; quo tempore, stent omnes; ac ne mulieribus etiam, tunc sedere liceat.

Episcopo sacrum faciente, ab eo interim cæteri qualiter cessent.

Cap. XXXV.

**D**um in Ecclesia missæ sacrificium siue cantu, siue absque cantu Episcopus facit, ne interea ab alio sacerdote in ea fiat, quoad ille, sacro peracto, de more benedixerit; nisi aliquando secus ipse permittendum duxerit. Quod institutum, cum Missæ conuentuales ab alijs celebrantur, præsertim festis, solennibusq; Ecclesiarum diebus, vbiq; tum maximè in oppidis, pagisve in usum introduci idem Episcopus curabit.

In oratorijs priuatis, nisi quibus, ex causis, & à sede Apostolica sit indultum, non celebretur.

Cap. XXXVI.

**E**piscopus omnibus Missam in oratorio priuato celebrandi facultatibus concedendis, (nam hucusque nullæ concessæ sunt,) certos limites, mo-

de consecratio.  
diff. 1.

dum q̄, praesinat; ita ut praeter causas, quas magnas, & Urgentes is iudicauerit, in ipsis priuatis oratorijs Missam celebrari ex facultatibus illis deinceps non liceat; nisi hoc fuerit à sede Apostolica indultum.

Missæ celebrandæ in Ecclesijs, & Oratorijs nouis facultas qualiter danda. Cap. XXXVI.

ca. Si q̄s,  
de cōse.  
diff. 1.  
Supra de  
Paroch.  
ca. 14. &  
sup. eod.  
ca. 15.  
ca. Si q̄s,  
sup. cita.  
de cōse.  
diffin. 1.  
Lap. al.  
leg. 57.  
vbi an.  
not.

**N**E in Oratorio Ecclesiæ, quæ vel nuper extructa est, vel in posterum extructur, Missæ celebrandæ facultas detur, permittatur ve, nisi saluo iure, ac planè sine prauidicio Ecclesiæ parochialis; nisi ob causam Episcopo quandoq; aliter uideatur.

Vt in eorum parochiali, festis diebus Missam audiant, fideles qualiter sunt monendi. Cap. XXXVII.

**C**urandum est omni diligentia, ut salutare fructum capiat fidelis populus ex laboribus, & officijs, quæ à parcho diebus Dominicis, & festis, inter Missarum solennia, aut diuina officia, vel alia quacunque occasione praestari, etiam ex Tridentino Concilio debet. Quamobrem, Concilij etiam Tridentini auctoritate, ut in Ecclesiam parochialem frequenter, saltem Dominicis, & maioribus festis diebus fideles conueniant; Episcopus eos, quorum pastorem curam gerit, diligenter, ac sapius moneat.

Quibus consideratis prius, & quando facultas celebrandarum missarum dabitur. Cap. XXXIX.

**E**piscopus in facultate quauis missarum celebrandarum, concedenda propaganda ve, uideat ne ab ullo sacerdote plus muneris, quam ab eo praestari possit, suscipi concedat, aut permittat; tum maximè perpendat si parcho est, qui sibi eam facultatem dari petit, an per hebdomadam possit, & suscipiendo nouo celebrandarum missarum muneri, & ei, quod in Ecclesia parochiali, ex Tridentini, aut nostrarum constitutionum praescripto, alia ve quacunque obligationis causa iam debet, satisfacere, & alia praeterea officia obire, quibus diebus, aut ad festorum celebritatem, aut ad funus, exequias ve euocatum ed illum conuenire, missasq; celebrare contigerit. Quod si per ipsum haec omnia, singulaq; praestari non posse uiderit; ne potestatem ei faciat noui muneris, eo nomine suscipiendi, nisi ob inopiam in Ecclesia parochiali, diebus ferialibus, rarius aliquanto parochialis muneris nomine, quam supra iussum est; ideoq; in alia, vel in eadem Ecclesia parochiali, alio nomine per hebdomadam, ijs ipsis, scilicet ferialibus diebus, celebrandi facultatem permitti, necessarium Episcopus duxerit.

Quæ in literis facultatum celebrandi exprimenda sint: & post praescriptum tempus, qualiter non celebretur. Cap. XL.

**I**n literis concessæ praerogatiuæ facultatis suscipiendi, vel retinendi, muneris missam singulis, vel certis, statis ve diebus, aut ex certa obligatione

cele-

celebrandi, exprimantur, & altaris, capellæve, & Ecclesiæ, vbi illud situm est, nomen, & locus, & eleemosynæ emolumentum, quod inde capitur: Statis item dies, & numerus missarum, quas ibi celebrare statis illis diebus debet, ex onere à testatoribus, alijsve, aut ab Episcopo imposito, pro facultate, quam is à iure communi, vel Tridentino Concilio habet. Tum etiam exponatur, si quo alio præterea nomine ipse adstrictus sit, missam alio loco celebrandi: idq; etiam à parochialis curæ munere, legati, alteriusve obligationis causa, qua in Ecclesia item, & altari, quibus item certis, vel statis diebus illud præstare debeat, & quantum inde emolumentum, eleemosynæve consequatur. Tum postremò certum ei facultati concessæ, vel propagatæ tempus præfiniatur. Nec uerò in illo celebrationis munere ei persuerare liceat, expleto temporis spatio, Episcopi literis præscripto, nisi facultas iterum confirmata, renouataq; sit, aut prorogata ad aliud certum tempus literis item, & ad præscriptum etiam Constitutionum nostrarum.

Missas quas, & vbi tenetur vnusquisque celebret: & si dies celebrandi incerti sint, qualiter certi sint assignandi.

Cap. X L I.

**Q**uilibet Sacerdos, quod suscepit, muneri missæ sacrificij faciendi, satisfaciat omnino.

Nec uerò cuiquam, qui quotidiano eo munere astrictus quouis modo est, ne semel quidem in hebdomada, ut alibi missam celebret, id prætermittere ullo prætextu liceat; nisi aliquando eius, cui id curæ Episcopus dederit, aut si nemini dederit, rectoris, præfectorisve Ecclesiæ consensu sacerdotem alium ante in locum suum substituerit, qui id præstet, quod in ea Ecclesia ipse debet. Sin autem certis hebdomadæ diebus, sacerdotes complures in eadem Ecclesia, ob aliquam cuiusuis generis causam, rationemve, missæ sacrificium facere debent; id ut statis, certisq; ijs ipsis diebus illi omnino præstent, curet planè rector Ecclesiæ, aut, si præsertim Ecclesia collegiata, uel aliàs frequens est, alius, quem ei curæ Episcopus præfecerit.

Quòd si alij item sacerdotes sunt, qui in illa Ecclesia, incertis tamen diebus, munus impositum habent missæ celebrandæ; tunc idem rector, præfectorisve, capellanis sacerdotibus uocatis, req; cum eis tractata, certos unicuique dies, præscribat, quibus in ea Ecclesia missam celebrent; ut singulis, si fieri potest, hebdomadæ diebus, missarum celebrationes rectè, atque ordine distributa peragantur.

Qualiter in propria capella vnusquisque per se celebret.

Cap. X L I I.

**Q**ui Capellas obtinent, ipsi per se, non alij eorum nomine, missæ sacrificium, diuinæq; officia, quæ illarum rectores præstare debent, in illis celebrent: si modo, uel aliud Ecclesiasticum beneficium, quod residentia personale munus requirat, non habeant, eoq; impediti, debita ijs Capellis officia gere-

re non queant, vel earundem institutione, dotatione ve, aut legato, aut donatione, aut facultate ab Episcopo impetrata, in illis obeundis capellani officij aliena opera, ministerio ve uti possint, vel alia quavis ratione, causave impediti sint.

Singula uerò, ob quæ capellanus aliquis se à debito capellani officij munere immunem putet, asserat ve, quominus per se ipsum præstet, ab Episcopo cognoscantur, ac probentur item.

Si in alio, quàm in altari, in quo tenetur, aliquis celebret, qualiter non satisfacit. Cap. XLIII.

**Q**Uicumque Sacerdos in altari certo missam celebrare debet, si in alio celebrarit; ne, quod debet, præstitisse censeatur; nisi Episcopi, alteriusve, cui ille id curæ commiserit, iussu, concessu, permissu ve aliquando fecerit.

Nè plures missæ simul, si alius alio perturbatur, celebrentur.

Cap. XLIII.

Vide supra eod. c. 8.

**S**I eodem tempore, & in eadem Ecclesia, missæ plures aliquando, etiam pro mortuis, celebrandæ sunt; in altaribus ita inter se disiunctis celebrentur, ut sacerdos alter ab altero non perturbetur, neque, si fieri potest, audiatur: Sin autem hac de causa tempus non patietur eo die missas omnes, quæ debent, celebrari; in alium potius diem aliquæ differantur, ut huic decreto pareatur, quod ad religiosum cultum illius sanctissimi sacrificij spectat.

Vbi plures missæ in eadem Ecclesia, vel oppido debentur, quo celebrentur interuallo, Tabella ascribatur: ita, quæ à Parochiali, die festo, fideles non auocentur. Cap. XLV.

Sup. co. c. 6. & 8.

**S**I uerò plures sunt sacerdotes, qui ibi, aut in eiusdem parochiæ finibus, missam celebrent; tunc, ut decretum est, unam in aurora, reliquas deinceps debito interuallo distributas, postremam uerò, quo tardius potest, prout populo commodius erit, celebrent, ad præscriptum tabellæ à rectore parochialis Ecclesiæ, uel ab alio conficiendæ, cui Episcopus id munus dederit; nisi dies festus sit, quo excepta illa prima, quæ in aurora celebratur, nullam omnino celebrent, ante peractum missæ parochialis sacrificium; etiam in Ecclesijs, capellis, oratorijsve secularibus, etiam scholarum, & confratruarum, etiam laicalium, intra fines vniuscuiusque parochiæ constitutis; nisi Episcopus, uel parochus ob causam, uerba præscripta hora, ante facere concesserit.

Quòd si die festo etiam per illud missæ sacrificium, quod in aurora fit, populus à parochiali missa auocetur; tunc Episcopus illud, etiam festo die, post missam parochialem fieri, celebrari ve iubeat.

Qua-

Qualiter in libro asseruando, prout vnusquisque missam celebrauerit, conscribendum sit. Cap. XLVI.

**Q**UO citius, atque exploratius Episcopus sciat, eorum, qui sacri faciendi causa aliquid p[er]e, vel legarunt, vel dederunt, voluntati, p[er] illos, quorum interest, verè satisfactum esse; ac rursus, si quid ea in re neglectum, aut omissum, p[re]termisissum ve est; id opportune, ut fiat prospicere, cauereq[ue] possit, hæc statuimus:

In vnaquaque Ecclesia liber deinceps singulis annis, vel alio certo tempore renouandus, perpetuò sit; in quo, & anno, & mense, & die primùm notato, vnusquisq[ue] siue parochus, siue Cappellanus, siue alius sacerdos, qui quouis obligationis nomine in ea Ecclesia missæ sacrificium fecerit, in singulos dies, vbi id perfecerit, manu sua subscribat, & nominatim breuiter exponat, se illud p[re]stitisse, aut parochialis Ecclesiæ, aut Cappellæ, legat[i]ve p[re]ij, aut anniuersarij, aut funeralis officij nomine. Cui p[re]terea libro singulis diebus subscribat is, quem in qualibet Ecclesia Episcopus statuerit: qui item, si ipse est, qui missæ sacrificium eo quouis nomine fecerit, ipse item manu sua subscribat, quoties aliquo eo nomine missam celebrarit.

Is liber tuto sacristiæ loco asseruetur.

Vbi plures debentur missæ, punctator, qui notet si celebrantur, qualiter constituendus. Cap. XLVII.

**Q**Uibus verò locis, Ecclesijsve missæ plures, quàm tres quotidie celebrantur; Episcopus, p[re]ter has cautiones, punctatorem etiam secretum, vbi opus esse uiderit, constituere item poterit; idq[ue] secretò etiam, si ita expedire uidebitur: qui iuratus in singulos dies notet, si qui erunt, qui debito missæ celebrandæ muneri defuerint.

Libri notationum missarum qualiter recognoscendi.

Cap. XLVIII.

**I**N vrbe verò aliqui Ecclesiastici uiri, ab eodem Episcopo probati, in die censi item, Vicarij Foranei, alijve, ab Episcopo etiam constituti, libros missarum celebrationibus notandis p[re]scriptos, sæpe etiam de improviso recognoscant; inspicientq[ue] p[re]terea notationes, per punctatorem occultè factas, ac singulis mensibus, aut tertio quoq[ue] mense, cum unoquoq[ue] cappellano p[re]stiti muneris sui rationes inibunt; tum etiam illis testimonium scriptum in itæ rationis dabunt.

Capellanus mercenarius, qualiter sine licentia, pro celebratione nihil percipiat. Cap. XLIX.

**N**EC verò cuiquam cappellano non titulari, qui munus celebrandi certis, statisve diebus, aut ad certum tempus, aut in perpetuum susceperit, quicquam mercedis, elemosynæve ex legatis pijs, aliave p[re]uis

ratione,

ratione, à quibusuis solvatur; neque id exigat absque Episcopi, eiusve, cui id cura ille dederit, mandato, eoq; scripto: quod ne detur, nisi pro ratione præstiti muneris, cuius testimonium scriptum ab eo, de quo supra, re ipsa exhibuerit.

Missarum prætermissarum merces ubi assignanda, & ut celebrantibus satisfiat, qualiter consulatur.

Cap. L.

**A**nno autem expleto, vel breviori temporis spatio, quicquid ob prætermissum celebrandarum missarum munus, cappellano tribui non debet; id omne fabricæ Ecclesiæ præfatis, aut Corporis Domini confratribus, in ea Ecclesia constitutis, ubi ille missarum muneri defuerit, aut alijs depositarijs solvatur, ab Episcopo constitutis: Ut quot missas celebrari ab eo prætermissum est, totidem eo nomine ab alio sacerdote celebrentur; aut ad ipsum in ornamentorum, quæ eisdem altaribus, cappellisve vsui sunt, apparatus erogetur, prout Episcopus expedire existimaverit.

Ut autem, & hoc diligentius præstetur, & sacerdotibus consulatur, qui ob missæ celebrandæ munus susceptum, ac præstitum, elemosynas sibi debitas, magno cum negotio, sæpeq; cum detrimento ab ijs, qui tribuere debent, consequuntur; Episcopus, ubi expedire viderit, certos aliquos, probatosq; homines depositarios deligat; quorum munus sit, illas exigere, custodire, tum statis temporibus pro ratione supra præscripta, cappellanis sine mora solvere.

Pro missis prætermisissis, qualiter reddituum sequestra fiant.

Cap. LI.

**E**t quoniam qui cappellas, altaria, aliave beneficia Ecclesiastica in titulum obtinent, quibus missarum munus aliquod incumbit, non ab hereditibus eorum, qui legata pia reliquerunt, vel ab alijs eiusmodi, sed ipsi per se fructus cappellarum, altariumve suorum exigere solent; cum ijs sequestratione, omniq; alio modo Episcopus agat, ut si muneri suo illi in celebrandis missis defuerint, fructuum restitutio locum habeat; eaq; ad præscriptam, ut supra, rationem, pîd, utiliterq; erogetur.

Quam sequestri, & multæ rationem omnes adhibere debent, ut opus fuerit, cum cappellanis quoq; illis, qui etiã legati nomine, vel alia eiusmodi causa missas celebrandas ad certum tempus, vel in perpetuum suscipiunt.

Elemosynæ pro celebratione missarum, quando non accipiendæ, sed in capsulam immitendæ: Qualiterq; notandæ, ac distribuendæ. Cap. LII.

**Q**VA in Ecclesia, pro frequentiori, qui ob festi diei, Indulgentiæve celebratam, aut ob perpetuum populi, ac præcipuum devotionis studium fit, ad eam concursu, elemosyna, & crebrior, & vberior,

missæ

missæ celebranda nomine datur; in ea nè cuiquam sacerdoti eiusmodi, eleemosynam ob missæ celebrationem, vlllo modo, aut prætextu flagitare, ac ne spontè quidem oblatam accipere liceat.

Verùm vnusquisq; sacerdos illam in capsula, certo Ecclesiæ loco, aut pro sacristiæ foribus eo nomine collocata, deponendam curet: Cui capsulæ stantis illis frequentioris concursus diebus, rector Ecclesiæ, alijsve, cuius interest, aut is, cui Episcopus hoc munus dederit, certum aliquem clericum, spectata probitate præficiat: cuius sit illis diebus apud capsulam assistere, tum sigillatim, ordineq; notare, quæ missarum, aliarumq; precum nomine eleemosynæ detur, accipiaturve; vt pro illius notationis ratione rector, aut sacrista, aut ille, quem Episcopus constituerit, sacerdotibus illius Ecclesiæ, alijsve ad diuina officia concelebranda, eò celebritatis nomine euocatis, statim præscribat, quid pro eleemosyna oblata vnusquisq; eorum illis diebus præstare debeat; quò plenius eorum, qui obtulerint, voluntati satisfiat.

Si supra condignam celebrantium mercedem comperiantur in capsula eleemosynæ, quid de eis fiendum; & quæ offerentium vota nondum expleta notentur.

Cap. LIII.

**P**eractis autem diuinis officijs, quæ eleemosyna eo nomine in capsulam coniecta est, illam idem, vel ecclesiæ rector, vel alius, vt mox supra, sacerdotibus ita distribuatur, vt eorum unicuique partem pro ratione ministerij, officijve præstiti, ex Episcopi præscripto, congruam tradat. Quicquid autem supererit, è capsula depromptum, apud virum probum, quem Episcopus delegerit deponatur; vt in aliam, quæ in eadem Ecclesia fiet, celebrationem Missarum piè conferatur: liceat tamen in alias res erogari, necessarioq; comparandas, ad Missæ sacrificij cultum, decentius in ea ipsa Ecclesia peragendum; si ob Ecclesiæ inopiam ita Episcopus conceperit: Cuius etiam iussu, in tabellam sacristiæ referantur, si quæ commemorationes eo nomine pro ijs, qui piè contulerunt eleemosynam, deinceps faciendæ erunt ab ijs, qui in ea ecclesia missæ sacrificium facient.

Quid in Missæ initio, & fine, sineque additione, mutatione, ac diminutione dicendum sit.

Cap. LIIII.

**M**ISSÆ initio Psalmus, *Iudica me Deus*; & in fine, *Euangelium Sancti Iohannis Euangelistæ*, *In principio erat &c.* dici ne vnquam omittatur; nisi cum aliter in Missarum rubricis notatum est. In ceteris item, ne quid addatur, nec verò detrahatur, ac ne quicquam mutetur; sed ad vnguem id omne dicatur, quod in Missali nouo præscriptum est.

Qui fine



Qui sine debito Missali celebrauerit, qualiter puniendus.

Cap. L V.

**S**I quem parochum, aliumve Sacerdotem Missali nouo Romano, Episcopus, ad Missæ sacrificium deinceps non vti, comperit, à Missæ celebratione munere, illum arbitrato suo suspendat; tum pro culpa, contumacia ve ratione, alijs præterea penis afficiat.

An iuxta præscriptum ritè celebrentur missæ, qualiter experiendum. Cap. L VI.

**V**T exploratum sit, an sacerdotes statarum ceremoniarum usum, peritiamq; teneant, ipse Episcopus, cum aliquando missæ sacrificio, quòd illi faciunt, alios peritos sacerdotes præsentés adesse iubeat, tum aliquando singulos euocet; eorumq; in missæ sacrificio ritè faciendo exercitationem, ac peritiam, per examen, experiendove cognoscat.

Quale signum in eleuatione corporis Domini sit dandum.

Cap. L VII.

**Q**UOD iussum est in missa Conuentuali, & Parochiali, cum Corpus Domini eleuatur, signum, sono campanæ dari; in alijs missis ita præstetur, ut tunc paruulum tintinnabulum, aut à latere altaris appensum, aut è sacristia allatum, à clerico ministro, certis distinctis ictibus, pulsetur.

Immodestè interessentes missæ, qualiter circumspectiendi, monendi, & non resipiscentes deferendi.

Cap. L VIII.

**C**UM sacerdos ad altare accesserit, missæ sacrificium facturus; clericus, qui tunc illi ministraturus est, ubi alius non sit, qui tunc hoc officium præstare possit, circumspectat modestè astantes; & si quempiam animaduertit in marem, vel fæminam in composito corporis habitu, aut aliàs, cum iniuria, vel irreuerentia Sanctissimi illius sacrificij interesse; moneat grauius, ut opus erit: neque sacerdos ante missæ initium faciat, quàm omnes, qui adsunt, quemadmodum etiam Tridentino Concilio cura Episcopi commissum est, decenter composito corporis habitu declarauerint, se mente electam, ac deuoto cordis affectu, non solùm corpore adesse. Missa verò iam inchoata, si quid eiusmodi fiat; hoc idem officium admonendi itidem ille minister clericus præstet modestè, & grauius. Si quis verò ab ijs de eiusmodi monitus non resipuerit, quamprimum, eorundem cura, deferatur ad Episcopum; Ut iure cum eo efficacius agatur.

Infra de custodia Eucharistiæ. c. 7.

Seff. 22. in decreto, de obseruan. in celebr. missæ. vers. Ne minè præterea.

Clericus

Clericus decenter indutus celebranti deseruiat.

Cap. LIX.

**C**lericus Sacerdoti, missam celebranti ministrans, semper indutus sit superpelliceo puro, & mundo, eoq; non lacero, neque ulla alia ratione indecenti; si contra fecerit, tum ipse, tum sacrista, tum Ecclesia praefectur, tum sacerdos etiam, qui sibi ministrare permiserit, plebetur arbitratu Episcopi.

Qualiter vrceoli sint habendi. Cap. LX.

**V**receoli, qui ad sacrificij usum adhibentur, quod distinctius, atque certius aqua à vino dignosci possit; argento, aut è vitro, eoq; perlucido, aut è christallo sint confecti: itidem operculum oris habeant.

Quibus diebus festis missæ pontificaliter sint celebrandæ.

Cap. LXI.

**S**altem his solennibus, festisq; diebus infra ordine prescriptis, quibus, & patrum monumentis, & ueteri rituum, ceremoniarumq; Romanorû Codice, eoq; comprobato ab Episcopo, prout etiam ipsa christiana religionis mysteria postulant, solenniter fieri traditum est; Missæ sacrificium, solenni, pontificali, ceremoniarum ritu celebretur.

In Sanctissima Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi.

Die solenni Circumcisionis, quæ est Octaua Domini.

Die solenni Epiphaniarum.

Feria Quinta in Cæna Domini.

Die Sanctissimo Paschæ Resurrectionis.

Die Sanctissimæ Ascensionis.

Die Sanctissimo Pentecostes.

Die solennitatis Sanctissimi Corporis Christi.

Die Natalis Sancti Iohannis Baptistæ.

Die festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli.

Die Assumptionis Beatissimæ semper Virginis Mariæ.

In solennitate omnium Sanctorum.

In die festo Sancti Gaudentij patroni Nostri.

Die primo Synodi diœcesanæ; & quando celebrantur ordinationes.

A missa pontificali, nisi prius habita benedictione, fideles ne discedant: Qualiterque de hoc monendi.

Cap. LXII.

**F**ideles verò quò magis à pastoribus suis, religiosa vitæ exemplis, consilio, spectatisq; virtutibus adiuuantur; eo vehementius se in omnem bonè, sancteq; agendi partem excitare, tum cumulatius Christianæ

disciplinæ

Tribus  
horis E-  
piscopus  
Populū  
solēni be-  
nedictio-  
ne potest  
benedice-  
re, ne im-  
pē post  
laudes  
matuti-  
nas post  
missarū  
solēnia,  
& post  
vesperas,  
vt nota-  
tur. in c.  
Abba-  
tes, de  
priuileg.  
in 6.

disciplina officia præstare eos oportet: Quare festis his diebus, cum frequē-  
tissimi ad missarum Episcopaliū solennia conuenire studeant; tum à sacra  
benedictione Episcopali aliquem salutarem fructum, largiente Domino, con-  
secuturi, nè ante inde discedant, quàm ab Episcopo, illam demisso, humi-  
liq; animo, & genibus flexis de more acceperint. Vt id sanè omni studio  
illi præstent; cum eò crebro præmonere, tum graui sermone cohortari paro-  
chi sollicitè curent.

Quæ ceremoniarum regulæ sint seruandæ. Cap. LXIII.

**I**N cæteris quoq; omnibus, quæ ad ceremoniarum rationem, ritumq; per-  
tinent, regulæ in libro pontificali, ceremonialiq; item probatio de diuinis  
officijs, pro temporum ratione, ritu Romano præscriptæ, & à Concilio  
Quarto prouinciali, diligenter, & accuratè, omnino seruentur.

Missas pontificales in defectum Episcopi quis cantet.

Cap. LXIIII.

**C**UM Episcopus statis præscriptis diebus, quibus debet, uel quia ab-  
est, uel morbo, aliave causa occupatus detinetur, Missam, Vesperas-  
ue, aut alia diuina officia solenniter non celebrat; tunc eius locum  
præstet, qui in Ecclesia Cathedrali primam Sacerdotalem dignitatem obti-  
net. Hic uerò si aliquando abest, aut impeditus est; is, qui post illum sacer-  
dotalem item dignitatem, uel Canonatum obtinens, alijs dignior, non impe-  
ditus, adest, id munus obeat.

Quæ in benedictione Pontificali Episcopus seruet.

Cap. LXV.

**E**PISCOPVS in danda benedictione solenni, seruet tradita in Con-  
cilio quarto Prouinciali, & etiã in officio Anniversario suæ con-  
secrationis.

Quando duæ eodem die Missæ erunt celebrandæ, ambæ  
canantur. Cap. LXVI.

**Q**uibus diebus, ex Missalis Romani rubricarum præscripto, in Ec-  
clesijs Cathedralibus, & Collegiatis Missas duas conuentuales  
celebrari oportet, eæ ambæ canantur; tum cantu item cele-  
bretur, si qua præterea alia missa eodem, uel alio die, ex consuetudine, le-  
gato re pio, aut alio iure ibi cani debet. Quod si capitulum præstare omi-  
serit, neglexerit ue; non solùm illius diei, in quo huic muneri defuerit, ve-  
rùm alterius etiã diei distributionibus multetur; & alio die supplean-  
tur omiffa.

Benedi-  
cere po-  
pulo so-  
lenni be-  
nedictio-  
ne, solis  
cõpetit  
Epis, vt  
notatur.  
in c. Ab-  
bates, de  
priuileg.  
lib. 6. pri-  
uatã ve-  
rò bene-  
dictionē  
impediūt  
inferio-  
res p̄sby-  
teri, c. ec-  
ce ego.  
97. dist.

Ministri

Ministri quando pluuialia induant. Cap. LXVII.

**D**iebus Dominicis, festisq; alijs, quibus officium duplex peragitur, Canonici hebdomadarii, dum Vesperarum officium obit, celebratve, pluuiiale induat; tum etiam duo Ecclesie ministri pluuialibus induti adsint, eaq; munera presentent, qua prestari moris est.

Hora matutini ab Episcopo quibusdam diebus prescribenda, ne alie functiones impediatur. Cap. LXVIII.

**F**ESTIS, Dominicisq; diebus, & alijs, quibus concio, aut solennis processio, aut sacra ordinatio habetur, matutinum officium, ita saltem anticipata, Episcopi iudicio, hora inchoetur, vt & aliarum deinceps horarum officia, & Missas singuli sacerdotes, & missam conuentualem collegiatim, tempore suo, ex instituto peragant, & concioni interesse possint.

Diaconus, & subdiaconus quando sacerdoti celebranti ministrent. Cap. L X I X.

**D**ominicis, & festis, & alijs item diebus, quibus officium duplex peragitur; Canonici duo; vnus, qui Diaconale, alter qui Subdiaconale ministerium prestet; Canonico Sacerdoti, Missam conuentualem celebranti ministrent.

Propter Canonorum paucitatem, qui celebranti ministrent, quales statuuntur, & etiam diebus ferialibus Dalmaticis induantur. Cap. L X X.

**V**BI vero pre paucitate Canonorum, illis Canonis duobus in Missa conuentualis sacrificio ministrantibus, numerus eorundem, qui in choro adsint, congruus Episcopi iudicio non erit; liceat alios duos non Canonicos statuere; qui illis diebus, loco Canonorum Diaconale, & Subdiaconale ministerium obeant. Omnino autem diebus etiam ferialibus, Diaconus, & Subdiaconus, Dalmaticis induti, Missae inseruiant, in collegiatis Ecclesijs quibuscunque; nisi vbi Episcopus censuerit, ministrorum numerum adeo exiguum esse, vt id fieri non possit.

Officia diuina quando celebranda. Cap. LXXI.

**H**ora sexta, & nona item officia diuina, ante, aut post missae conuentualis sacrificium, pro ratione temporum, & officij diuini, ad prescriptum rubricae Missalis Romani celebrentur; nisi aliquando vrgens causa incidat, quamobrem illa alio tempore, quam prescriptum est, in choro tamen, celebrari, peragiq; Episcopus iusserit.

no tamē  
presente  
Epō, nisi  
de licen-  
tia, ad qd  
vid. c. De  
niq. & i-  
bi Ioan.  
And. &  
glo. 21.  
dist. &  
glo. in c.  
cum ad  
celebran-  
das. de  
consecr.  
dist. 1.

Supra  
eod. cap.  
22.

Horas

Horas beatæ Virginis cum illis de Domino, qualiter aliàs puniendi debeant recitare. Cap. LXXII.

Supra  
cod. cap.  
30.

**Q**uibus in Ecclesijs diuinum Canonicarum horarum officium, de beata Maria Virgine recitari, aut solet, aut debet; earum clerus uniuersus illud in Choro presens pariter recitet, atque officium, quod de Domino dicitur: id verò, ita vt singulas horas Canonicas prius officij, cum singulis alterius, ex breuiarij Romani prescripto, ordine coniungat.

Quicumque ab vnus horæ officio de Beata Maria abfuerit, distributione illius horæ perinde mulctetur, ac si ab horæ eiusdem officio, quod de Domino recitatur, abfuerit.

Calendarium, à quibus, & quando conficiendum, et qualiter ab Episcopo recognoscendum. Cap. LXXIII.

**C**alendarium, quod ex nostro decreto pro certa diuini officij recitatione, quotannis edi oportet; si minus constat, à quo confici, edivideat, Episcopus deligat, constituatque, qui hoc presset; neque id cuiquam recusare liceat. Ita verò, à quo debet, in tempore conficiatur, vt eum mense saltem ante Natiuitatem Domini in lucem emissum sit. Ante verò quam prodeat, Episcopo tradatur, qui recognoscat, aut ab aliquibus, quos eius rei peritos delegerit, recognosci iubeat.

In Ecclesiasticis functionibus, & pro illis actionibus tantum clerici, & non laici admittantur.

Cap. LXXIII.

**I**n missæ etiam solenni sacrificio, processionibus, & alijs eiusmodi sacrarum actionibus cautio sit, vt ad Ecclesiasticas functiones, quas in illis prestari oportet; cuiusmodi sunt, & cum Corpus Domini in Missa eleuatur, cereorum accensio, & sustentatio, & cleri in processionibus item dirigendi, dirigendive ratio, & id generis aliæ; laicorum hominum opera, ministeriumve ne adhibeatur; sed in ijs, alijsve eiusmodi generis functionibus ob eundis præsto sint sacristiæ custodes, clerici, tum magistri Chori, uel ceremoniarum adiutores, alijque Ecclesiastici ordinis homines, quorum ministerium Ecclesiasticarum rerum usui, functionive addictum est; tum alij item Clerici, quibus ea munera Episcopus assignarit.

Qualiter leuis infirmitas à recitatione officij non excusat.

Cap. LXXV.

**S**acerdos, clericusve, sacris initiatus, aut Ecclesiasticum beneficium obtinens, horarum Canonicarum officio cum adstrictus sit; meminert, si febris, morbove aliquo, vel aduersa valetudine leuiter aliquando laborant;

rant;

rantem, non inquam propterea excusationem habere, quamobrem illud intermittat, omittat ve. Itaq; si quando corporis infirmitate affectus est; ipse pro sua conscientia rectè videat, quid præstare possit; ac nè omittendo graviter peccet, & beneficij si quod habet, fructus suos non faciat.

Iuxta supra nota in c. 30. co. ii.

Vt eorum progressus dignoscatur, quæ à clericis fides mensuræ Episcopo exhibeantur. Cap. LXXVI.

**Q**UO diligentius cleri in omni Ecclesiastica disciplina progressus constat; unusquisque sacerdos, & cuiusvis ordinis Clericus, de frequenti Sacramentorum usu, de functionibus in Ecclesia præstitis, de lectionibus, studiorumq; progressionem, de ceteris exercitationibus sibi præscriptis, testimonium ab ijs singulis, quibus ex præscripto accipere oportuerit, singulis mensibus, vel alio stato tempore Episcopo afferant: idq; ad constantiam rationem.

Supra de offi. Paroch. cap. 33.

Die parasceues, quando crux proponenda, & adoranda, ac concio habenda. Cap. LXXVII.

**V**T passio Christi Domini Redemptoris à fidelibus in hora redemptionis suæ digna veneratione coleretur; illud in Ecclesia Sancta perpetuò institutum, religiosoq; usu, ac solenni ritu piè retentum est, vt in feria sexta parasceues, in qua idem Christus Dominus mysterium crucis expleuit, certa stata hora ab vniuerso clero, & populo, certis peractis precibus, & orationibus, adoretur. Sed quoniam factum est, ut in multis provinciis locis, non post sicut instituti, ritusq; ueteris est, sed ante statas illas preces ea adoranda proponatur; aut saltem adoratio fiat à multo populo, anteaquam ex ritu Ecclesiæ sollemniter proponatur, & à clero adoretur: nos, ut, quod non sine mysterij significatione Ecclesia instituit, ad stata hora usum, sollemnemq; adorationem reuocemus; id statuimus, vt in omni Ecclesia, sacrosanctæ crucis, per quam redempti sumus, adoratio religiosè celebretur, recitato, scilicet, de passione Euangelio, & peractis illis stas precibus, & orationibus, vt instituti ratio postulat. Quare unusquisque parochus, vel alius Ecclesiæ rector efficiat non solum ut stata ea hora in sua Ecclesia præstetur; sed caueat etiam ut in omni Ecclesia, ubi fit ea adoratio, non ante, quam in basilica Cathedrali, primariave, si locus diocesis sit, celebretur.

Nec propterea concionator desistat, quin pro Sanctæ Ecclesiæ usu, ad excitandam populi fidelis compunctionem, eo sacro die eam de suggestu proponat, & ostendat.

Quin etiam curet Episcopus, concionem illam statim post recitatam passionem Domini haberi; nisi aliter aliquando magis expedire censuerit.

Cruz qualiter adoranda. Cap. LXXVIII.

**E**T quoniam sacra ea feria Christus Dominus humiliatus est pro nobis patri, vsq; ad mortem, mortem autem Crucis; illius humilitatis imita-

R tores in

tores in sanctissima crucis statura illa adoratione, ita esse oportet, ut, quod antiqui ritus est, non tantum genibus flexis, sed prostrato humi corpore humili mur, quod significantius eo corporis habitu fixam, constantemque animi nostri humilitatem demonstramus: ideo Episcopus curet, ut corporis prostratione, quae christiana humilitatis index est, ea soleennis adoratio celebretur.

Præterquam in festo Natiuitatis Domini, tantum semel in die, à singulo Sacerdote missa celebretur.

Cap. LXX XIX.

c. Cōsul-  
uisti. co.  
ā celebr.  
miss. c.  
sufficit.  
de cōfec.  
dist. vid.  
Nauarr.  
in Man.  
cap. 25.  
nu. 87.

**G**raua pericula, offensiones, atque adeo sæpè iniurias sanctissimo mis-  
se sacrificio fieri compertum est, quod quidem sacerdotes non se-  
mel tantum, sed pluries in die illud offerant. Quod nè in posterum  
fiat, præterquam saluari illo die Dominicæ Natiuitatis, quo vnusquisque  
sacerdos, non sine magna mysteriorum significatione ter celebrare debet; de-  
creti huius auctoritate vetitum sit, nè ob ullam, ne cessariam causam, neque  
etiam ob parochialis, alteriusve Ecclesiæ egestatem, neque ob sacerdotum  
penuriam, nec verò ob locorum distantiam, Episcopus cuiquam sacerdoti plu-  
ries in die diuinum illud missæ sacrificium offerendi facultatem permit-  
tam. Si quis uerò eius generis facultas, antea, uel certo loco, uel sacer-  
doti data est, eam planè statim rescisam, irritamque, ac nullam omnino esse  
iam nunc decernimus.

Vt ritè choro inseruiatur, quæ ante, & dum ibidem deseruiatur, ac  
post, à quoquam præstanda erunt. Cap. LXXX.

**C**HORI disciplina, plena religionis est, plena pietatis; ac propterea  
sanctè ab his obseruanda est, qui in eum locum conueniunt ad Deum  
des concelebrandas.

Quare præter illa, quæ iam de illius cultu præfiniuimus, hæc admonemus,  
quod religiosus non modò excolatur, sed multis partibus augeatur sanctæ ciui-  
dem chori institutio:

Primò, ut studio quodam intima pietatis (cuius splendor foris etià elu-  
ceat) vnusquisque uel Canonicus, uel alius minister, quicumque sit, qui cho-  
ri officijs astrictus est, ad chori disciplinam se se instruat.

2 Antea uerò, quàm eò conueniat, paululum attentiè secum cogitet, &  
loci illius sanctitatem, & conueniendi causam, & diuinarum laudum, qua-  
rum munus Angelorum est, officia, quæ castissimè ab omnibus concele-  
brari oportet.

Supra de  
vit. &  
hon.  
cler. cap.  
14.

a Monè  
di sunt  
clerici,  
ut nō vo-  
cis tantū  
modula-  
rione,  
sed cor-  
dis deuo-  
tione, de-

bitum suæ seruitutis pensum absoluant, & ad diuina officia peragenda, corpore pariter, & mente se com-  
ponant, quò simul, & Deo cultum gratum exhibere, & populo consideranti, deuotionem augere valeant.  
Verba sunt Synodi. Mogunt. sub Archiep. Sebast. c. 53. ubi agit de horis Canonicis. Tom. 5.

3 Hac ipsa in cogitatione firmiter inherens, ne quicquam quidem mente, animoq; concipiet, ab eius loci religione alienum; ne dum aget, quod Dei oculos offendat.

4 Paret se propterea etiam, atque etiam diligenter, sancta intimi animi meditatione, & religiosa oratione, ut exteriorem quoque cultum diuinorum officiorum salutariter exequatur.

5 Dum super pelliceam, cappamq; induit, cogitet, quam personam sustineat; nempe, a sordibus, labeq; puram, qualem uestitus ille indicat.

6 Cum almutiam pelliceam, quod insigne canonicorum est, humeris, vel brachijs, prout moris est, canonicus imponit; eam cogitationem suscipiat, in se restinctas, ac plane mortuas esse oportere rerum mundanarum affectiones, atque cupiditates; vt eius rei significans est illa animalis intermortui pellis, quam de more induit.

7 Si uerò cappam induit, quæ humeros contegit, & brachia quasi deuincit, ex eo amictu intelligat, se repressas, quasiq; deuinctas habere oportere appetitiones; ac se totum ad Dei voluntatem accommodari.

8 Cum igitur ijs chori uestibus indutus, alium uestitum, quo foris utitur, contegat, sicq; aliam personam habitu gerat; caueat ne quicquam, etiam in sacristia, agat, admittatve, quod cum actione non rectè conueniat, ob quam illum habitum induit.

9 Ne in colloquijs quidem, ab ea actione alienis se occupet; nisi curæ prefit, quæ id necessariò postulet.

10 Abstineat autem semper, sed maximè dum chori uestibus indutus est, ubi sit, uel in sacristia, uel alio loco, à iocis, à ridiculè dictis, facetijsve, à cachinnationibus, à uerbis futilibus, atque inanibus, quæ temere, & imprudenter effunduntur.

11 In chorum ne properanter, quasi distributionum questu incitatus, accedat, sed graui incessu.

Dumq; ad chorum procedit, quamquam alij comes adiunctus, at quasi solus accedat, in ea meditatione fixus, ut secum cogitet, se ad chorum, nempe, ad Sancta sanctorum, vt Canone antiquo cautum est, & ad publicæ orationis sacrificium accedere.

12 Cum in choro est, animum, mentemq; ab omnibus curis, perturbationibus, & cogitationibus à rei, quæ geritur, sanctitate alienis, quoad eius fieri potest, abducat, se seq; totum in Dei cultu colligat.

13 Illud etiam cogitet, quam ob causam eò se contulerit; tum sibi statuatur, se in conspectu Dei omnipotentis, & in corona innumerabilium Angelorum, & sanctorum esse.

14 Quam in cogitatione uideat, perpetuoq; reputet, se eò loci consistere, vt Deo sanctissimum cultum, uenerationemq; tribuat, atque ab eo, & sibi, & alijs omne bonum deprecetur.

15 Consideret uerò ipsum Deum, tanquam patrem, & redemptorem amantissimum, optimum, sapientissimum, misericordiosissimum, quiq; omnia

b Ad hæc doctiss. vid. Naua. in cōment. De silentio i diu. offic. præsertim in choro seruādo, sup. c. in loco benedictio nis. 5. q. 4. ubi abundè. & in Ench. de orat. & hor. Can.



intuens, ubiq; & semper est.

16 Tum cordis castitatem, beneq; orandi donum, & gratiam à Deo supplex petat, orationisq; suæ sacrificium simul cum meritis Iesu Christi, & sanctorum, eius præsertim, cuius memoriam Ecclesia illo die celebrat, ad gloriam sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, & ad suam, proximorumq; utilitatem dirigat.

17 Cum psallendum est, primum psalmi argumentum mente, animoq; concipiat.

18 Obseruet præterea, quis in psalmo loquatur, an Deus in Ecclesia, an patiens, an aspirans ad perfectionem.

19 Attendat item, ad quem præcipue salutarem affectum psalmus referatur.

20 Cum ita se religiosè paravit, magna animi attentione se ad verba, sententiasq; psalmi accommodet: ita ut laudet, gemat, extimescat, sicut psalmorum voces indicant; & quod deniq; ore profert, animo primum concipiat.

21 Tum verba singula notet, interpretationem studio assequatur; unde mens, animusq; ad aliquem salutarem affectum incendatur.

22 Ad verba etiam adiungat animo cogitationem, vel amoris, vel reuerentiæ, vel humilitatis. Atq; ita quidem affectum aliquem excitet, ut si de virtute verba psalmi profert, desiderio accendatur imitationis; si de peccatis, timè doleat, quod in eo statim ipse fuerit, aut certè proximi eius. Et sic de alijs item, quæ psalmo significantur.

23 Eam porro attentionem initio vniuscuiusque psalmi, orationis, & aliarum diuini officij partium, tum singularum horarum canonicarum renouari, atque excitare audeat; præsertim dum illa verba, quæ ad sanctæ orationis spiritum inflammandum valent, pronunciat; Deus in adiutorium meum intende, &c.

24 Itidem faciat, cum aliorum se cogitationibus distrabi animaduertit.

25 In fine etiam vniuscuiusque psalmi se se excitet, illis verbis, Gloria patri, &c.

26 In conclusione item orationum cum dicitur, Per Dominum nostrum Iesum Christum: spe sancta erga illum, redemptionis nostræ auctorem se se confirmet.

27 Et quoniam attentio valde admodum excitatur, si quæ quisque profert, rectè intelligit; ideo in ea potissimum expositione psalmorum assidue versetur, quæ non uaria sit, sed quæ tota in excitandis, exercendisq; sanctis affectibus versetur.

28 Cum autem magnus psallendi fructus in psalmorum affectibus versetur; siue quis in choro, siue priuatim, siue submissa, siue alta uoce orer; idcirco certos sibi locos psalmorum præsumat, quibus omnis hæc ratio concludatur.

29 Loci præcipue præter ceteros hi sint, unde salutes affectus existunt, laus Dei, memoria bonorum nostrorum, commemoratio nostræ miseriæ, & reprehensio malè agentium.

30 Psalmorum verbis, cum Dei bonitas predicatur, ad illius dilectionem, & ad gratiarum actionem de beneficijs, quæ à diuina benignitate proficiuntur, se toto animo accendant. Cum illius infinita sapientia, potentia commemoratur; admiratione afficiatur; tum intimè gratuletur, cum aliquid Dei auxilio, bene gestum narratur.

31 Cum bonorum memoria, recordatioq; psalmorum uocibus excitatur; desiderium quoddam concipiat illa sibi, & alijs consequendi, tum illa eadem à Deo petat, tum in Deo spem animo cupiat fore, ut diuina eius ope, non modò quæ bona sunt, quæq; salutaria assequatur, sed quæ mala, ac quæ perniciem afferunt, uiuet.

32 Aliquando etiam intimè in Domino gaudeat, se bona, Deo iuuante, adeptum esse, & mala cauisse.

33 Ex miseriarum commemoratione timorem concipiat, dolorem, ac humilitatem, cum suas cognoscit infirmitates.

34 Ex reprehensione malè agentium, agnoscat zelum diuinæ vindictæ, & indignationem contra nequitiam. Atq; ita quidem ex salutaribus his afflicti fructum psallendi uberrimum capiet.

35 Peroratis psalmis, absolutoq; canonicarum horarum officio, paululum tacitus consistat, genibusq; flexis veniam deprecetur, & negligentia, & distractionis, alijsve culpa, quam in eo præcationis officio admiserit: tumq; hoc oret, ut pro Christi, totiusq; Ecclesiæ meritis, orationis suæ obsequium, ac ministerium gratum sit, atque acceptum.

Quæ lumina cruci in processionibus adhibeantur.

Cap. LXXXI.

**L**umina duo, candelabris, cereoferarijsve infixa, cum processiones publicæ, etiam quæ in Ecclesiæ ambitu aguntur; ab omni cuiusuis ordinis clero, tam regulari, quàm seculari, ad crucem adhibeantur, quæ unicuique capitulo, clero ve de more præfertur.

Debitæ pro defunctis missæ celebrentur, quæ si non possint, qualiter reducendæ; & piæ institutorum voluntati prouidendum. Cap. LXXXII.

**V**t quæ pia legata ad remedium animæ à fidelibus relicta sunt eo nomine, ut missæ pro se de defunctis celebrentur, executionem, prout pia eorum voluntas deposcit, rectè habeant, id Episcopus, quàm diligentissimè curet. Quibus autem in Ecclesijs, ob multa, variaq; defunctorum legata, Missas usque adeo multas celebrari oportet, ut pro ratione singulorum dierum, quos testamento, aliave ultima uoluntate testatores præscripserint, muneri, quod eorum pijs uoluntatibus debetur, satisfieri non possit; aut elemosyna eo nomine adeo tenuis est, ut non facillè inueniatur, qui uelut huic se muneri subijcere; idem Episcopus in Synodo diocesana re accuratè

cognita, & perspecta, statuatur quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum utilitatem uiderit expedire: ita tamen, ut in singulis missis, quas iure reductionis celebrari continget, eorum defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ad pios usus reliquerunt. Debita autem commemorationi satisfietur per intentionem applicationis Missarum, per preces in secundo Memento, & per collectas faciendas in illis missis, in quibus collecta fieri possunt.

Ceterum intelligendum est, fructuosiores esse, magisque prodesse preces, & orationes ab Ecclesia pro defunctis institutas, cum applicatione sacrificij, quam applicationem solam; licet recompensari possit per maiorem deuotionem, vel eius, qui dicit Missam, vel eius, qui facit dici, vel per intercessionem sancti, cuius suffragium in Missa imploratur.

Dum altari ministratur, nè quid alienum à ministerio peragatur. Cap. LXXXIII.

**C**lericus, qui in missa sacrificio ministrat, dum eam functionem obit, ne preces horarias, neve aliud quicquam de libro, aliove officio recitet; sed toto intima pietatis studio, ad ministerium attentus sit, quod tunc pie, religioseque, exequi debet.

Consecrationis, coronationisve summi Pontificis dies qualiter denuntianda; & quæ pro eo à fidelibus preces habenda. Cap. LXXXIII.

**Q**uo die Sanctissimus Pontifex consecrationis, coronationisve insignia accepit, pietatis ratio postulat in eo precationem à clero, pro illo pie adhiberi. Quamobrem omnis sacerdos, quo die summus Pontifex consecratus, coronatusve est, in Missa sacrificio, statim illa oratione, Deus omnium fidelium: loco suo in Missali adscripta, pro eo precetur; atque ob eam quidem causam consecratio Pontificia, cum in Calendario anniuersario die suo notetur, tum etiam de more denuntietur; ut reliquus etiam clerus, & populus item excitetur, ad preces pro illo pie adhibendas.

Pro summo pontifice ægrotante, qualiter orandum: & eo vita functo, quid agendum. Cap. LXXXV.

**S**ummo Pontifici uniuersalis Ecclesie pastori, & parenti si quando illum ægrotare contigerit; id charitatis officium, prout morbi grauitas tulerit, Episcopus præstari curet; ut ob eam causam in Cathedrali, Collegiata, Parochiali que, unaquaque Ecclesia, clerus, populus que, certa statim hora, pro ipso Pontifice oret.

Si quan-

Si quando autem is ex hac vita migrarit, nuntio certo mortis allato, id curet; ut cum in omni Ecclesia campanarum sono, ut pro mortuis fit, de more pulsetur; tum in Basilica Cathedrali, Ecclesijsq; collegiatis, Missa solennis, & officium pro eo mortuo ritè, pieq; celebretur.

Sacerdotes verò singuli pro eo defuncto Missam celebrent; aut saltem in ea precentur stata oratione.

Pro Episcopo ægrotante, qualiter orandum.

Cap. LXXXVI.

**P**RO Episcopo, qui Pater, magister, duxq; cleri, & populi est, si quando ex febre, aliove morbo laborans decumbit, omnis debet & pietatis, ratio deposcit, supplicationem, orationemve, & publicè, & priuatim sanctè celebrari. Quamobrem cum occasio tulerit, eius Vicarij officium erit, certis diebus illam instituere, atque indicere; ita ut cum in Urbis, tum etiam si ægritudo diuturnior erit, in diœcesis omni Ecclesia, tam collegiata, quam parochiali pro Episcopo ægrotante, à Clero, populoq; prece religiosa oretur; & ab unoquoque sacerdote in Sacrosanctæ Missæ sacrificio statim etiam oratio frequenter fiat.

Præfens divinjs officijs Episcopus, quæ adhibitis luminaribus prætet. Cap. XXXVII.

**E**Piscopus divinorum officiorum, quibus præfens in Ecclesia adest, initium, stas precibus, versibusve faciat, orationesq; stas ipse dicat, binis accensis luminibus in eius conspectum allatis.

Pontificales celebrationes qualiter Calendario, & aliter sint denuntiandæ: Cap. LXXXVIII.

**S**olennes missæ, Vesperæ, aliave divina officia, quæ ab Episcopo, ritu Pontificali, solenniter celebrantur, quod populus frequentior conveniat; cum in Basilica Cathedrali, tum in Ecclesijs Collegiatis, & parochialibus item Civitatis, die festo proximè præcedenti denuntientur: eamq; ob causam in Calendarium anniuersarium referantur. Si quæ autem missæ, aliave officia, ob causam, quæ extra ordinem inciderit, aliquando pontificali ritu, solenniq; celebranda erunt, Episcopi iussu, ijs in tempore significentur, à quibus populo denuntiandæ sunt.

Antiphonaria qualiter emendanda. Cap. LXXXIX.

**L**ibri, qui certis Antiphonarum modulationibus olim notati, ex breuiarij nuper editi præscripto nondum emendati sunt; Episcopus curet, vt quamprimum, & accuratè emendentur, atque accommodentur ad Breuiarij noui editionem.

DE BAPTISMO, ET EIUS  
effectu. Tit. XXV.

Infantulus ubi, quando, & à quibus est baptizandus; qualiterque de modo baptizandi docendus est populus; qualesve ceremonie priuatim baptizato postea adhibendæ. Qui compadres eligendi, & quòd eis onus incumbat.

Cap. I.

a Baptismus est fundamentum omnium sacramentorum. cap. veniens. & illie nota. glo. i. de psby. non baptiz. c. Præter hoc. in fine. ubi gloss. in ver. Necessarios. 32. dist. b. Clem. vii. Concil. vi. relat. in Clem. vnica. eod. tit. de Baptismo.



**N**EMINI liceat, a quemquam intra domesticos parietes baptizare, b sed natum infantem ij, quorum est ea cura, ante nonum diem ad suscipiendum baptismum, in Ecclesiam deferendum curent: c quod si neglexerint, excommunicationis pœnam subeant.

Permissa est tamen, si insit periculum, facultas baptizandi in priuatis adibus sacerdoti, d vel si is absit, alteri sacris initiatus, vel si non adfuerit laicis; primò mari, aut demum femina; qui recte norint veram baptizandi formam; e Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: quibus uerbis nihil prorsus ab ipsis addendum, vel detrahendum esse, f materiamq; aquam naturalem dum forma profertur, infantulo adhibendam, crebrò populum suum parochus admoneat.

Quòd, si domi baptizatus postea nixerit, omnino intra nonum ab ortu diem, g uel cum primùm per ualetudinem licuerit, eum in Ecclesia sistant; ubi, h si rectam baptismi formam seruata esse constiterit; i ei tantum ritus, ac ceremonia baptismi adhibeantur.

Fideles in baptizandis filijs, eos potius eligant compadres, qui eorum animæ consulere, quàm qui inopiæ subuenire possint. Cuius officij sæpius eos parochus admonebit: Curabitq;, ut compadres tales deligantur, qui fidei, & morum ratione suscipiendo muneri satisfacere possint.

e Infantium baptismus quare non differendus, vid. Catechif. Romæn. parte secunda capitulo secundo, numero 34. eodem.

d Quis ordo in baptizando seruandus. vide Catechif. Romæn. part. 2. capitulo secundo. numero 25. eod. tit. de baptif.

e Baptismus ablutione, & uerborum formâ ad uinguem obseruanda, perficitur. c. 1. & c. Non ut apponeres, extra eod. tit. Catech. d. c. 2. nu. 7. & 13.

f Materia, & forma baptismi, quomodo simul concurrere debeant, vide Franc. à Victoria, in Summa Sacr. de Baptif. num. 39.

g Quod hoc seruari debeat communi sensu testent omnes, teste d. P. à Victor. ubi supra nu. 77.

h Quanta ueneratione digni sint ritus sacramentorum, quos catholica approbat Ecclesia, vid. Trident. Concil. Sess. 7. de sacram. in gen. Can. 13. quem bene ad rem expendit illius uerba referens idem P. Viç. eo loci. num. 37.

i Quæ ex isto actu spiritualis contrahatur cognatio. vid. c. Per Catechifinum de cogn. spirit. lib. 6. Nauar. n. Man. cap. 22. num. 40. & 72.

Qui ne sint compatres prohibentur: Baptizaturi quid agant, & alios instruant. Baptizati quæ ab altari muneribus redimantur. Cap. I I.

**C**Aueant uerò Parochi, ne excommunicatos, uel eos, qui eo anno, Paschæ tempore, ex præcepto Ecclesiæ, peccata confessi non fuerint, & Sanctissimam Eucharistiam non sumpserint, admittant ad leuandum baptizatum de sacro fonte.

Sacerdos baptizaturus, primùm, quam actionem suscepturus sit, diligenter ipse animaduertat; & ad tanti muneris functionem sanctè, grauiterq; accedat.

Deinde compatres moneat, ut iocis omnibus, nugisq; semotis, piè, ac religiosè, quid agatur, attendant; intelligentes, Christo filios spiritaliter generari, teneriq; se pro suo susceptionis officio, eos catholica fide, & probatis moribus instituire, si parentes id facere omiserint.

Detestabilem consuetudinem baptizatos infantes in altare collocandi, ut muneribus compatrum inde redimantur, Episcopus seuerius uindicabit. Compatres, & commatres nihil infantibus, quos susceperunt, aut eorum parentibus, baptismi tempore, largiantur.

Symbolum fidei ignorantes, compatres non sint.

Cap. I I I.

**C**Um id superius de compatribus præscriptum sit, ut illi tales deligantur, qui suscepti muneris partes explere possint; id autem ipsi præstare non queant, si ne rudimenta quidem fidei norint, idcirco ea cura sit parochis, ut quos compatres ita imperitos nouerint, ut Symbolum fidei, siue ea, quæ in symbolo continentur, ignorent; illos eo officio suscipiendi de baptismo infantes, fungi ne patiantur.

Fons baptismalis ubi habendus. Cap. I I I I.

**F**ons baptismalis, ne usquam in alijs Ecclesijs, quàm in parochialibus, sit; uel Episcopi coocæsui in illis locis, ubi propterea quòd parochialis Ecclesia longius distat, idem populi commodo magis consulendum esse censuerit.

Expositi, si dubitetur, qualiter sub conditione baptizandi.

Cap. V.

**I**nfans expositus, licet appensum collo scriptum habeat, quo ille baptizatus significetur; si tamen, re diligenter perquisita, quæ admodum catholico Romano expressum est, adhuc dubium sit, eum baptizatum esse; ea conditionis formula baptizetur, Si tu es baptizatus, ego te iterum non baptizo, & si nondum baptizatus es, ego te baptizo, & c.

Catech. pa. 2. c. 2. n. 28. eo. tit. de Baptif. Hoc pariter obseruanda in confirmatione, ut inf de sacra vnctione cap. 5.

ca. De q. b. de baptif. I de creta. De clarat. à Catech. pa. 2. c. 2. n. 57. eo. tit. c. Omnis p. sby. ter. de cõ fecr. d. 4.

Fons

## Fons baptismalis quomodo fiendus. Cap. V I.

**F**ons baptismalis è marmore, aut è solido lapide constet, & fiat in totum ad præscriptum libri instructionum Cardinalis Borromei Metropolitani.

## Aqua baptismalis post effusionem quò deducenda.

## Cap. V I I.

**I**n baptismali fonte, ubi per infusionem baptizatur, id planè caueatur, ut ne aqua, capiti infantis infusa, in eundem fontem recidat; sed in sacrarium profluat: id quò, propterea sacrarium è marmore, solido ve lapide propè fontem construatur, ad præscriptum instructionum.

## Capitis baptizati absterforia qualia habenda, &amp; conferuanda.

## Cap. V I I I.

**I**n baptismali fontis ciborio, mantilia duo, ea quò, candida, ab omni quò, sordè munda afferuentur, quò infantis capiti abstergendo vsui sint.

Plura quò, ideo, in sacristia, id generis mantilia, certo loco, conferuentur.

Si uerò uel mantilia, uel sudariola ad eum usum aliquando afferuntur; ea nisi noua, ne adhibeantur; tum noua adhibita, ne in profanum, sed in Ecclesiæ vsum, cui rectè accommodari possint, conuertantur; alioqui comburantur.

## Quando, &amp; quò ad fontis baptismalis benedictionem singuli rectores conueniant. Cap. I X.

**V**etus illa consuetudo, quò adhuc in compluribus locis retenta, talis est, ut & Sabbatho Sancto, & Sabbatho item Pentecostes, frequenti sacerdotum conuentu, ac solenni ritu, cum in Cathedrali Ecclesia, tum in diocesis etiam locis, Ecclesijs ue plebanis, fontis baptismalis benedictio fiat; ubi hoc tempore non seruat, omnino introducatur; in usum quò, ubi intermissa est, reuocetur.

Quibus stas, solennibus quò, Sabbathis, ad illius solennis benedictionis officium omnes, singulis quò, Ecclesiarum quarumcunque, & quouis etiam dignitatis nomine, titulo ue insignium rectores, quibus animarum curationis munus incumbit; qui in urbe sunt, in Cathedralè; qui in diocesi, ad suam quò, plebanam Ecclesiam, frequentes conueniant.

Etiam exempti, si tamen non ex priuilegio Apostolico, qualiter ut supra conueniant. Cap. X.

**S**i uerò exemptionis nomine, alia ue ratione quis à plebanà Ecclesià iure liber, atque immunis sit, non tamen expressè ex priuilegio Apostolico; huius solennis benedictionis officij concelebrandi causa, in eam plebanam Eccle-

siam

Quò fò  
cem Bap  
tismi Sà  
ctissimi  
Trinita  
ris Pfen  
tia cōse  
crat. vid.  
ca. venit.  
sacer. de  
cōf. d. 4.  
b Quid  
uero si  
gnificet  
myste  
ria, quò  
in fonte  
baptis  
mi cele  
brantur.  
vid. cap.  
Prima  
igitur.  
ead. di  
stin. 4.

*siam conueniat, intra cuius fines habitat, aut cui propior est, ut Episcopus potius censuerit. Nec uero propterea in cæteris quicquam illius immunitati, libertatiue derogatum est.*

Qualiter facultas non conueniendi ut supra, aliquibus per Episcopum concedatur. Cap. X I.

**H**oc autem decreto adstrictos non teneri statuimus, illarum Ecclesiarum, etiam quæ parochiales tantum sunt, rectores, quibus uel ob locorum longinquitatem, uel ob aliam iustam causam, Episcopus facultatem scripto exaratum daret, fontis baptismalis in illorū Ecclesijs solenniter benedicendi. At uero ea facultate, ne propterea Ecclesiæ plebanæ iuri quicquam præiudicij, ullo unquam tempore, allatum censeatur.

Quandocumque dicta benedictio fiet, tres saltem Sacerdotes adhibendi erunt. Cap. X I I.

**I**n ijs porro Ecclesijs, quibus hæc baptismalis fontis solenniter benedicendi potestas aliquando fiet, statis illis duobus Sabbathis, is benedictionis ritus celebretur, Sacerdotibus tribus saltem presentibus ad illum adhibitis: Id præterea, de tribus, scilicet sacerdotibus adhibendis, locum in omni Ecclesia habeat; si quando per annum in aliqua Ecclesia, extra illa stata duo Sabbatha, illius fontis aquam baptismalem ob extraordinariam causam renouari necesse erit.

Vbi fons baptismalis non extat, aquæ per singula baptismata benedicendæ, & post usum proijciendæ mos ille tollatur. Cap. XIII.

**I**lle uero, ubi nullus fons baptismalis est, introductus in aliquot locis mos aquæ benedicendæ, consecrandæ uel, quo tempore baptismum ministrari oportet, tum baptismo celebrato, in sacrarium proijciendæ, tollatur in posterum omnino.

Benedictio fontium in cathedrali Episcopo spectat.

Cap. XIII I I.

**F**ontis Baptismalis, quem statis illis solennibus diebus in Ecclesia Cathedrali consecrari solenne est, consecrandi officium, atque munus, nisi Episcopus aliqua ex causa aliud censuerit, ipse obeat.

Nè parochus alienæ parochiæ infantem baptizet.

Cap. X V.

**V**ideat parochus, ubi primum infans baptismi causa ad se delatus est, an suæ parochiæ sit: quem si alienæ esse norit, eum, nisi instante necessitate, ne baptizet; sed ad parochum proprium, à quo baptizetur, deferri iubeat, sub pœna suspensionis à diuinis, ipso facto, nisi ita fecerit.

Quan-



Quando infantes, vt baptizentur, ad cathedralem sint deportandi.

Cap. X V I.

**S**I qui infantes intra alicuius Urbanae parochialis Ecclesiae fines à Sabbatho Sancto usque ad Sabbathum in Albis, & à Sabbatho item vigilia Pentecostes, usque ad Sabbathum proximum nati, baptizandi sunt; ad Cathedralem Ecclesiam, cui pro obseruantie officio, pro q̄, veteris instituti usque, statis illis hebdomadis hoc tribui debet, deferantur: si modò cuiquam, ob mortis periculum, in parochiali Ecclesia, quæ propius abest, baptismum statim ministrare necesse non sit.

Baptizati qualiter in libro notandi. Cap. X V I I.

**B**aptizatorum verò eiusmodi nomina, & cetera id generis præscripta, in libro tum Cathedralis, tum propriae parochialis Ecclesie, ut Tridentino Concilio, & aliàs à nobis iussum est, notentur.

Quæ baptizans prius in compatribus perquirat.

Cap. X V I I I.

**P**arochus, antequam baptizet, accuratè in primis videat, an qui adhibendi sunt in baptismo compatres, tales sint, quales eos esse debere, decretis nostris præscriptum est; ac si quos aliunde certò non sit, orationem Dominicam saltem, salutationem Angelicam, & fidei symbolum tenere eos, experiendò cognoscat: quam ob causam ea Christiana doctrinae rudimenta sibi ab illis ante recitari mandet.

Vasculum, quo infundatur aqua, in ciborio a seruandum.

Cap. X I X.

**A**d aquam baptismalem infundendam, ne manus, sed vas, quod ob eam causam paratum in fonte baptismali, eiusve ciborio a seruari debet, adhibeatur.

Vsus veteris Chriftatis prohibetur. Cap. X X.

**P**arochus, Sacerdosve baptizans, a caueat, nè ad infantem baptizandum alio Chriftate utatur, quàm eo, quod illo ipso anno consecratum est, ut veteri Canone cautum est.

Nomina quæ infantibus imponenda. Cap. X X I.

**C**ret idem, b ut infantibus proprio nomine in baptismo appellandis, e a nomina non imponantur, c quæ turpia, aut ridicula sunt, quæ e gentium, atque adeo impiorum, & impurorum hominum memoriam referant, sed illorum, qui ob ueræ pietatis, ac sanctæ religionis, uirtutisq̄, christianæ laudem, sanctorum numero adscripti sunt; ut & in ipso uitæ ingressu cum ethnicis, ne nomen quidem commune, fideles habere uelle protestentur; & ipsi in-

a cap. 91  
q̄s alio  
Chriftate  
te. de cō  
sec. d. 4.  
b Cate-  
ch. pa. 2.  
ca. 2. nu.  
75. eod  
tit. de  
baptif.  
c Iohan.  
Andr. in  
c. cum  
secūdū.  
nu. 2 de

jan.

fantes etiam, cum etate processerint, nominum similitudine, ad eorum, à quibus illa accepta sunt, imitationem excitentur; & præterea, quos imitari studeant, eosdem frequentius præcentur, ac sperent eos potissimum sibi ad salutem, tum animi, tum corporis aduocatos fore.

Baptizandi formam qualiter præcipue obstetrices doceantur.

Cap. XXI I.

**B**aptizandi formulam ipse non solum, ut supra iussum est, populo generaliter. Sed etiam priuatim, ac præcipue obstetricibus, in Ecclesia tamen, planè ostendat, ac tradat: quam etiam an illa rectè teneant, aliquando eodem loco accuratè uideat, ac diligenter quærat.

Infantis domi baptizati qualiter nomen notetur.

Cap. XXI I I.

**I**nfantis, qui domi ob necessitatem baptizatus est, baptismus in libro baptizatorum à parochio de more referatur, nato patrini nomine.

Dum baptizatur, qui tantum solennes ceremonias adhibeat. Quastola utendum. Quales esse compater, & commatres, prout, dum confirmatur, conueniant: Quando ministratur. Cap. XXI I I I.

**N**emo, nisi parochus, aut is, cui ille, Episcopus uel nominatim concesserit, in baptismo ministrando stas, solennesq; caeremonias adhibeat, etiã si ob necessitatem ministret; quo in ministerio non alterius cuiusquam, sed alibi coloris stola utatur.

In baptismo etiam compater nẽ sit, qui sacro chrismate confirmatus non est. Eademq; de commatre cautio sit. Proinde parochi erit, studiosè de hoc ante perquirere.

Ne præterea compater adhibeatur, neque in confirmationis Sacramento item, qui minor natu sit quatuordecim annis, sed qui maior, uel potius etate sit prouectiori, ut non ore solum, sed animo, atque serio ad interrogatam, quæ in baptismo fiunt, respondeat; ac planè intelligat suscepti à se muneris partes.

Ne ante ortum, nec uerò post occasum solis baptismus in Ecclesia ministratur; nisi aliter fieri, aliquando temporis ratio, necessitas uel cogat.

Quando docendum, & præstandum est, ut omni pietate, ac uestium modestia, infantulus, compater, commaterque baptismo intersint. Cap. XX V.

**Q**uoniam in baptismo unusquisque piè, ac religiosè pollicetur, operibus satanæ renuntiare, eiusq; pompas deserere; id parochus, cum usu uenerit, populum doceat, præsertimq; baptisimi tempore præmoneat, non sotionè Episcopalis fuerint Christiani.

ber. ait  
fatum est  
se filio  
imponere  
malu  
nomen  
ad mul  
tū abhor  
tere di  
cit Milē  
tiā eius  
uoxorē di  
cere soli  
tā, petiā  
si emerē  
tur curi  
ori p̄tio,  
bona, &  
pulchra  
iponi de  
berēt, ex  
bono .n.  
noie bo  
na oriē p̄  
sumptō.  
& ex tur  
pi, fini  
stra, secū  
dū Doc.  
i c. i. ext.  
depositi.  
& in Pro  
gm. Dec.  
ubi Feli.  
i ver. Gre  
gorius.  
nu. 32.

a Vid. ca.  
in baptis  
mate. de  
cōse. d. 4.  
Sine con  
firmatio  
nis Sac.  
non dī,  
qs plene  
Christia  
nō c. i. de  
cōse. d. 5.  
gl. in c. 1.  
j. ult. de  
cogn. spi  
rit i ver.  
frōtis. &  
in c. vt ie  
iuni. de  
cōse. d. 5.  
dī. Nun  
quā erūt  
Christia  
ni, nisi i  
cōfirma

a Vi. Cate  
ch. p. 2. c.  
2. nu. 22.  
eo. tit. de  
Baptif.

limum quomodo, & quam simpliciter amictu ad illum infans deferendus sit, sed quam religiosam in Deum pietate, quam humili spiritu, & quanta etiam vestitus moderatione compatres, commatresve adesse debeant.

Nec uero ullum uel ornamentum, uel aliud quicquam, quod mundi huius pompam praesferat, adhiberi patiatur; cum minimè consentaneum sit, in ipso uitae christianae ingressu, statim ijs rebus studeri; quibus potissimum solenni sponcione renuntiat.

Qui, nè praesentes sint baptismo, reijciendi; alij uero ut sint admonendi. Cap. XXV I.

**I**N baptismo parochus, Sacerdosve baptizans praesentem adesse non patitur, neque Iudaeum, neque denique alium quemquam à fide Christiana auersum.

Fideles uero, qui praesentes adsunt, pie, religiosè, omniq; animi attentione adesse, saepe moneat; memoria tacitè, studiosèq; repetentes, quæ Deo, cum baptismum ipsi susceperunt, sanctè sponponderunt.

Si mas, & femina, ac plures etiam, ut baptizentur, offerantur, qui modus, & ordo seruandus. Cap. XXVI I.

**S**I duo, pluresve infantes offeruntur, qui eodem tempore baptizentur; eorum unicuique Catechismus, exorcismus, & reliquas statas ceremonias, baptismumq; parochus sigillatim ministret, atque adhibeat. Cum duo infantes, mas, scilicet, & femina, ad baptismum offeruntur; is ordo seruetur, qui antiquissimi ritus est, ut mari primùm, deinde feminae ministretur; nisi necessitas aliter cogit. Idemq; seruetur, si plures offeruntur, partim mares, partim feminae.

Quid pro adultis baptizandis obseruandum. Cap. XXVII I.

**L**ibris ritualibus, canonumq; legibus permulta tradita, atque explicata sunt, quæ in adultis baptizandis adhiberi, ritus postulat: In ijs omnibus Episcopus cum diligens erit, tum magnam in eo curam ponet, ut illos, praeter doctrinae christianae rudimenta, quæ necessariò scire debent; admissorum scelerum, & malè uitae poeniteat; tum ut ijdem in posterum à peccatis omnibus abstinere statuunt. Dix enim ulla alia causa esse potest, quam obrem qui adulti baptismum suscipiunt, non modò ullam in christianis uirtutibus progressionem faciant; sed plerumq; flagitijs nefarijs inquinati praecipites ad perniciem, interitumq; ruant; praeter eam unam, quod non ita, ut par est, affeati ipsi, nec uero ab alijs exculsi, ad tantum Sacramentum accedunt.

Adulti baptizandi unde, & qui sint, maximò per prius inquirendum. Cap. XXI X.

**Q**uod uero, licet horribile dictu sit, aliquando tamen euenisse comperit, est, aliquem, scilicet, ad turpem quæstum, iterum baptismum suscipisse;

id

id ne unquam porro accidat, Episcopus, antequam baptizet, omne diligens studium adhibeat, quò istos homines, uel Iudæos, uel Turcas, Maurosve, qui baptismum sibi conferri petierint, planè dignoscatur; de illorumq; conditione, ac statu, omni, quantum licuerit, à probatis uiris accipiat testimonium ob signatum, idemq; exigat omnino.

Obstetrices, qualiter prius comprobentur; & dum in necessitate baptizant, quos sibi adhibeant. Cap. XXX.

**O**bstetrices, tribus, post huius decreti promulgationem, mensibus, pœna arbitrata Episcopi proposita, officium ne præstent, nisi per Vicarium Foraneum, si in diœcesi sunt, ut uerò in urbe, per eum, cui Episcopus id cura dederit, scripto probata sint idonea ad Sacramentum baptismi, cum necesse erit, ministrandum.

Quæ autem probata est, cum baptizabit, curet, quoad eius fieri potest, ut duæ saltem mulieres, ac mater præsertim, si potest, testes præsentem adsint, quæ in baptizando uerba ab ea prolata audiant.

An domi rectè fuerit baptizatus infans, quomodo perquirendum sit. Cap. XXXI.

**P**arochus uerò, cum perquiret ex decreto nostro, an infans baptizatus sit; diligenter obstricem, & testes etiam de uerbis prolatis interroget; ut sic constet, an baptismi forma rectè adhibita sit, an uerò seesus; quamobrem oporteat, infantem à se baptizari.

Compatrum nomina qualiter notanda. Cap. XXXII.

**E**orum, qui domi, aut in Ecclesia tanquam compatres ad Baptismum adhibiti sunt, nomina in libro baptizatorum Parochus notet; nè impedimentum matrimonij contrahendi ignoretur.

DE CVSTODIA EVCHARISTIAE,  
Chrysmatis, & aliorum sacramentorum.  
Tit. XXVI.

Quo loco, decore uel sanctissima Eucharistia sit seruanda.  
Cap. I.



**E**PISCOPVS diligentissime curet, ut in Cathedrali, Collegiatis, & alijs quibusvis Ecclesijs, ubi sacrosancta Eucharistia custodiri solet, uel debet, in maiori altari collocetur; nisi necessaria, uel graui de causa aliud ei uideatur.

Ante ipsam semper lampas accensa coluceat. Tabernaculum, quo asseruatur, ornatum, & bene septum, ac munitum sit.

a Quanta  
uenera-  
tionis, &  
reueren-  
tia Sanc-  
hoc Sacra-  
mentum  
suscipi,  
tractari,  
& conser-  
uari de-  
beat, vi-  
de q. ha-  
betur in  
can. Ale.  
5. incip.  
Nihil in  
sacrifici-  
is maius,  
de consec.  
dist. 2. ubi  
incip. se-  
cundum illi?  
dist. pars.  
c. plurim.  
b. c. seq.  
Cærechi.  
p. 2. ca. 4.  
inter ini-  
tia, quo  
loci agit  
d. isto Sa-  
ctiss. Sac.  
Euch. &  
colligit  
ex D. Pa-  
ul. j. Cor.  
11. ac sa-  
nã tradit  
d. hoc do-  
ctrinam,  
Concil.  
Trid. sess.  
13. p. 8. b.  
& can. 11.  
viden. p-  
sertim in  
ca. 5. ubi  
agit de  
cultu, &  
uenera-  
tione hu-  
ic Sanct.  
Sacram.  
exhiben-  
da.

Die

Die eius festo, quis Sanctissimum Corpus Domini gestet.  
Cap. I I.

a Hoc festum institutum fuit à Clem. V. in Concilio Vien. celebra. quinta feria post oct. Pet. ac nonnullæ concessæ fuerunt indulgentiæ ijs, qui in die festo vel intra octid. diuinis intererunt officijs, ut in Cl. vnica, de Reliq. & ven. San. b Conci. Trid. d. sess. 13. cap. 6. c Vid. inf. co. c. 9. & c. 24. vbi latius de hoc. d Limi. inf. cod. cap. 5. e Inno. 3. l. c. 2. co. i decret. vbi subiicit, hæc verba. f Nimis enim ab furdū videtur, in sacris fordes negligere, que dedecrent etiā in profanis.

**D**ie festo Corporis Christi Domini, cum sacrosancta Eucharistia in solenni supplicatione gestatur, si adfuerit Episcopus, is eò ferenda Eucharistia officio fungatur; si non adfuerit, id munus exequatur solus is presbyter, qui secundum Episcopum pro eius loci consuetudine, honore ceteris prestat; nisi ex privilegio, aut consuetudine ad alium presbyterum ea cura pertineat.

Cum ad ægrotos Sanctissima Eucharistia erit deferenda, quid agendum. Cap. I I I.

**V**T Sanctissima Eucharistia ad ægrotos summa cum religione deferatur; b parochi populum sepius hortentur vt frequens semper sequatur.

Quamobrem etiam sodalitates Corporis Christi in parochijs instituant. Cum uerò deferenda erit, tum eum campanæ sonitu præmoncant. Lumina, c tintinnabulum, & decorum uasculum, uel etiam decenter contextum, ac præterea, ubi fieri poterit, umbellam adhibeant. Duas autem sacre Eucharistiæ particulas deferant, d ne, eis ad Ecclesiam redeuntibus, populus inane uasculum adoret.

Necessaria altaribus, qualia sint habenda.  
Cap. I I I I.

**O**rnamenta, & instrumenta altarium pro celebratione missæ, pura, ac munda sint; præsertim corporalia, ac purificatoria: quamobrem etiam uino albo, ubi possit, tantummodo ad missæ sacrificium sacerdotes utantur. Calices ex metalli genere, iure permissio, adhibeantur, eoq; præciosius quantum per facultates licuerit.

Cum vna tantam particula ægrotò deferatur, quid agendum.  
Cap. V.

**Q**uod superius, de duabus Eucharistiæ particulis, f ad ægrum deferendis, constitutum est; id quoniam non sine difficultate ubiq; & semper obseruari potest; ideo ubi, Episcopi iudicio, uel loci distantia, uel itineris, uel portusve difficultas, uel alia causa impedit, quominus illud præstari possit, tum licebit sacerdoti, eam sanctissimæ Eucharistiæ particulam solùm deferre quam eger percepturus est: ita tamen, ut, cum inde Parochus redit, non superpelliceo, non stola indutus sit, neque tintinnabulum pulsetur, nec uel Umbella adhibeatur, extinctis etiam luminibus, non palam uasculum deferatur.

Quando

Quando nisi subditis parochi Eucharistiam ministrent: & de alienis, præcipuè peregrinis, quid agendum.

## Cap. VI.

**P**arochi Paschæ tempore Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, ijs tantum ministrent, qui non modò tum in parochiæ suæ finibus habitant, verum etiam maiorem anni partem, aut sex saltem menses in ea habitaverint; nisi sint, qui paucioribus ante diebus, mensibusve, illuc habitatum venerint eo animo, ut in ea domicilium habeant: nisi item qui ab Episcopo, propriove parochi facultatem scripto concessam exhibuerint, alio loco communicandi; tum præterea nisi peregrini, sint, & advenæ homines: Idq; in parochia aliqua diocesis; quod si in vrbe, tum in cathedrali Ecclesia, Eucharistiæ Sacramentum ij percipiant. Horum autem peregrinorum, & advenarum, Eucharistiæ Sacramentum percipientium nomina, cognomina, ordinis, seu domicilij locus, vno in libro, fideliter asseruando, à Parochi ante omnia adnotentur.

Qua in missa, dum corpus Christi sustollitur, quod signum campanæ detur. Cap. VII.

**C**um corpus Iesu Christi Domini sustollendum est, in missa conuentali, & in ea item missa, quæ in vnaquaque Parochiali Ecclesia à Parochi celebratur, tum signum sono campanæ detur, cuius soni significatione fideles, qui in Ecclesia missæ sacrificio tunc non intersunt, admoniti, ad tanti tamq; magni mysterij, ac beneficij recordationem animum excitantes, mente supplici, religiosas preces piè adhibeant.

Sup. de  
cele. mis-  
sarum. c.  
56.

Sacrorum oleorum vascula vbi distincta seruentur; & dum ministrantur, compates arma deponant.

## Cap. VIII.

**S**ancti item chrysmatis, & sacri cathecumenorum olei vascula, nè alibi, sed in Ecclesia, religiosè asseruentur in ciborio, aliove eiusdem Ecclesiæ certo constituto loco, quem Episcopus comprobarit.

Sacrum præterea oleum infirmorum, in Ecclesia itidem custodiatur vase ab aliorum sacrorum oleorum vasculis distincto; nisi quibus Parochis Episcopus propter eorum domicilij à Parochiali Ecclesia distantiam, illud domi tunc aliquando solum asseruari concesserit, cum in parochiæ finibus grauius egrotantes habent, quibus euenire potest, ut quam celerrimè succurrendum sit illius sacramenti administratione.

Moneat sæpè Parochus, hocque tum maximè, cum sacramenta ministrat; ut fideles, quibus ea ministrantur, & qui compates ad Sacramenta Baptisimum, & confirmationem adhibentur, ense, pugionem, et eiusmodi arma deponant; memores se in omni spiritu humilitatis, sanctæque pietatis studio adesse oportere sacris illis mysterijs.

Grandinum periculis quomodo coram sanctissimo Sacramento orandum. Quod si ægris deferatur, qualiter pluuiali, & quibus cum comitibus incedatur, eisq; indulgentiæ præcipuè eidem sodalitati denuncientur, quibusq; regulis vtatur. Cap. IX.

Vid. sup. de off. Pa. rechi. c. 31. Vid. sup. cod. c. 3. & ifr. eo. 24. vbi d. hoc plu- ra.

**Q**uod in nimbi, procelle, turbines, aut grandines impendent; nè sacerdos sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum afferuatur, sed tabernaculum, vbi illud in altare reconditur, patefaciat: licet; tumq; in eius conspectu litanias, aliasq; religiosas preces, eius rei causa institutas, pie, sanctèq; pronuntiet.

Sacerdos, cum Corpus Christi Domini ad agros interdum in vrbe, alijsq; frequentibus locis defert; non superpelliceo solum, sed pluuiali præterea indutus incedat; vbi per facultates, & per loci, temporisq; rationem commodè fieri potest: tum præterea, vbi etiam potest, aliqui clerici adhibeant clericali habitu, & superpelliceo induti, qui comitantes, vnà cum deferente, sanctas, religiosasq; preces recitent.

Perfunctus deferendi Sacramenti munere sacerdos, vbi ad Ecclesiam redierit, fidelibus, qui in eo deferendo præsentibus adfuerant, quam ex illo pietatis officio consequuti sint, indulgentiam denuntiet; paucis verbis eos cohortans, vt in religioso eo instituto sanctè perseuerent; tum pronuntiat a oratione, quæ est de Sanctissimo Sacramento, illos dimittat in pace, cū benedictione.

Indulgentia aut à Paulo Tertio Corporis Domini sodalitatibus concessa sæpè promulgetur, crebrisq; cohortationibus fideles incendantur, quò frequentiores illæ vbiq; locorū instituuntur, institutæq; debitum munus obeant.

In eo sacro loco i assidua præcatio ne sacerdos, vel sacris initiatus, vt ifr. eo. c. vit. eni gilet.

Quæ præterea sodalitates eo nomine, vt aliàs iussum est, institutæ iam sūt, & in posterum instituentur; regulis vtantur ad communem illarum, huius prouinciæ sodalitarum vsum, Sanctæ memoriæ Cardinalis Borromei iussu editis. Quibus etiam Episcopus addat, quæ pro vrbis, diæcesisq; suæ ratione expedire videbuntur.

Qui in sepulchri hebdomadæ sanctæ paratu ornatus decens habendus. Cap. X.

**Q**uibus in Ecclesiis feria quinta hebdomadæ sanctæ, sepulchrum ornatur, aut constituitur, vbi Corpus Christi Domini afferuatur, cum illud gloriosum fore, Isaias prædixerit; sicut pretioso ornatu decorari debet; ita in ijs cauendum est, nè profanus, & parum decens sit ornamentorum apparatus.

Qualia Sanctarum imaginum indumenta adhibeantur.

Cap. XI.

**I**tem sancitur de vestibus, & ornamentis, quibus sacre sanctorum, sanctarumq; imagines induuntur, quæ profana esse non debent.

Cap. XII.

**N**E Ecclesia, oratoriæ, situ, puluere, aut alio squallore absordescant.

Eucharistiæ, & sacrorum oleorum custodiae claves, qualiter apud se parochus semper asseruet. Cap. XIII.

**E**T Tabernaculi, ubi sacratissimum Corpus Domini asseruatur, & armarij item, ubi sacra olea, statis vasculis inclusa, custodiuntur, & fontis præterea baptismalis claves rector Ecclesiæ, animarumve curator diligenter, canteq; apud se custodiat: ac ne clerico quidem ministro illas villo modo committat. Nec verò prohibetur, quominus easdem, muneris alicuius præstandi causa, aliquando Sacerdoti committat, quem in officij parochialis cura coadiutorem habet.

Inn. 3. in  
c. 1. cod.  
tit. in de  
cret. Cō-  
cil. Trid.  
Sess. 13.  
c. 6.

Tabernaculum Eucharistiæ repositorium, quomodo coaptandum, & decenter tenendum. Cap. XIII.

**T**abernaculum ligneum, aliave materia constans, in quo Sanctissima Eucharistia conseruatur, panno serico intrinsecus circum vestitum vndique sit: conopæo etiam decenti pro Ecclesiarum facultate, lociq; dignitate contentum; ac bene præterea, tutoq; clausum, atque ita quoque aptatum, ut inde Sanctissimum Sacramentum commodè depromi possit; neque super altare propterea ascendi necesse sit. Vacuum etiam sit à reliquijs, vasculo olei infirmorum, atque inani alio vase, vt omnino Sacra Eucharistia cum suo vase in eoduntaxat conseruetur; aliud præterea nihil.

Tabernaculum Eucharistiæ gestatorium, qualiter habendum.

Cap. XV.

**T**abernaculum autem, quod agendis processionibus, vel exponendæ sacrae hostiæ vsui est, perlucido vitro, vel chrystallo, vndique circumdatum sit; lunulamq; huiusmodi habeat, vt aperiri commodè possit, & fragmenta colligi, si quæ fortè ibi relictæ sunt. Ipsa autem lunula saltem cum supposito paruulo scuto, ex argento constet.

Duæ pyxides pro sacra communione, qualiter habendæ.

Cap. XVI.

**D**uæ pyxides, vnaquæque parochialis Ecclesia saltem habeat; alteram forma maiori ad vsum sacrae communionis, populo in Ecclesia ministrandæ; alteram minori, qua sanctissimum Sacramentum ad infirmos deferatur. Pro hac pyxide ad egrotos deferenda, sacculus sericeus ab vnoquoque diæcesis Parocho habeatur ornatissimus, cum opus erit, adhibendus.

Eucharistiæ quot particule sint seruandæ, & quomodo renouandæ.

Cap. XVII.

**Q**uinq; saltem particule consecratæ seruentur assidue, ubi Sanctissimum Sacramentum conseruatur; quæ octauo quoque die renouentur.



Frequentia sacræ communionis, in consuetudinem qualiter reuocanda. Cap. XVIII.

**P**arochus autem, cum ad eum frequentissimum Sacramentorum usum parochiæ suæ fideles cohortetur, ut sancimus supra; tum illud, <sup>a</sup> quod Siluerius Papa statuit, in consuetudinem reuocare studeat; <sup>b</sup> ut qui sapiens non communicant, singulis saltem Dominicis diebus, in Quadragesima corpus Domini sumant; ac præterea diebus Dominicis Aduentus.

Populus, ut salubriter communicet, qualiter admonendus.

Cap. XIX.

**C**um frequenti populo sanctissima Eucharistia administratur; licet eius quis, atque uirtus explicetur, non facile tamen tota huius generis explicatio, sermoque percipi, audiri uel ab omnibus potest; nec præterea omnes administrationis initio interesse solent; id propterea magnopere Episcopus curet, ut per Parochum, uel per alium, in adhortandi munere exercitatum, ac probatum, etiam inter communicandum, uerborum pondere, & sententiarum quasi iaculis, & opportuna aliqua, & crebra, breuique, cohortatione, populus collectus, cum ad frequentem sanctissimi Sacramenti sumendi usum excitetur; tum etiam commonefiat, quam periculosum, exitiosumque sit, ad sacramentum illius cibi mensam indignè accedere; ac rursus, quam ualde admodum in omnes partes utile, ac fructuosum pabulo illo cælesti salutariter, ac frequenter uti.

Hocque ipsum omne, die festo frequentis populi communionem proximè præcedente, aliquando longiori, publicæ concione omnino præstetur.

Quæ, dum sacra communio peragitur, canenda erunt. Cap. XX.

**C**um sacra communio diebus præsertim solennioribus, aut frequentiori fidelium multitudini ministratur; ex ueteri instituto Antiphona, Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum: & psalmus, Benedixisti Domine; & psalmus item, Dominus regit me & alia in rituali libro præscripta, aut aliàs præscribenda, à clero canantur; cum id per illius frequentiam fieri potest.

Quando, quibusque indumentis, & quo ordine, quæue suscipientium compositione, in missa, uel extra, sacra communio sit ministranda. Cap. XXI.

**H**oc institutum, quod antiquissimi ritus est, sacerdos religiosè seruet; ut intra missarum solennia, postquam, scilicet, sanguinem ipse sumpserit; fidelibus sacram communionem sumpturis, ministret. Nec uerò tamen illam ministrare netitum sit, si quando occasio tulerit, ut quis alio tempore, quam in missa sumpturus sit.

a Sup. de  
off. Paro  
chi. ca. 5.  
& inf. de  
pen. & re  
mis. c. 24.  
b Quod  
meli<sup>9</sup>, &  
uili<sup>9</sup> sit,  
frequent  
ter San  
ctis. Eu  
charistiæ  
fac. sume  
re, quàm  
abstine  
re, vid. c.  
Quoti  
dic. cum  
plerisq;  
sequ. de  
cõf. di. 2.  
Id quod,  
cum mul  
tis ijsq;  
grauissi  
mis au  
toritati  
bus tum  
rationib.  
à causa,  
ab effe  
ctu, atq;  
et ab ex  
periencia  
ductis,  
toti huic  
questio  
ni affati  
satisfaci  
ens, pro  
bar ual<sup>d</sup>.  
Reuer. P.  
Christo  
for<sup>9</sup> Ma  
dradius  
Doctor  
egregius  
Societa  
tis Iesu,  
i ei<sup>9</sup> trac.  
d frequen  
ti comu  
nionem, q  
h<sup>9</sup> cogni  
tione di  
gn<sup>9</sup>, post  
libellum  
iscriptu,  
Directo  
riũ cõfe.  
à Reu. P.  
Polanco  
editum.

Cum autem, per actum missæ sacrificio, statim eam ministrat; vestibus sacerdotibus, quibus in missa usus est, indutus ministret, casula tantum deposita, & manipulo item. Si verò non statim, sed alio post tempore, quam in missæ sacrificio; tunc superpelliceo, stolaq; alba; & ubi ritus Ambrosianus est, rubra utatur. Verum pluuiiali Episcopus indutus sit, quando illam non in missæ sacrificio ministrabit.

Is ordo præterea adhibeatur, ut primò Ecclesiasticis hominibus, superpelliceo indutis; si verò sacerdos quis est, stola etiam; deinde laicis maribus, tum fæminis sacra communio ministretur.

Quæ à ministrante, & Sacram Eucharistiam summente, dicenda sint. Cap. XXII.

**S**acerdos, illam ministraturus, antequam præbeat, unicuique, cui ministrabit, sigillatim illa verba pronuntiet. Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam eternam; & qui suscepturus est, prius respondeat, Amen, Id quod antiquissimi institutum est, nec sine mysterij significatione fieri, sanctissimus pater, & Ecclesiæ Catholicæ Doctor Ambrosius scribit.

Quando noctu Eucharistia ad ægros non deferatur.

Cap. XXIII.

**C**VM verò ad ægros omni reuerentia, omniq; religiosi cultus studio, atque honorifici, quoad eius fieri potest, offerenda illa sit, neq; id noctu commode fieri queat; vetitum propterea sit, nè noctu offeratur, nisi ægri mortis periculum instet.

Cum ad ægotum Sanctissima Eucharistia est deferenda, quæ præparanda, & dum inceditur, quæ præstanda.

Cap. XXIII.

**P**arochus, ægrotum illam allaturus, accuratè hæc præmoneat; primùm, ut ægotantis cubiculum ab omni sorde, omniq; inquinamento, purgetur; & amota omni re profana pio apparatu, & sacris imaginibus, ubi potest, exornetur; tum præterea mensa, mappa nitida, puraq; constricta, cruce, aliæque effigie sacra, candelabris, & candelis, cereisve saltem binis instructa appareatur; in qua super corporale pyxis cum sanctissimo ipso Sacramento collocari possit. Sit etiam vas vitreum ad ablutionis usum. Quæ omnia, ut ab ijs, qui ægroti curam habent, parentur, cura sit in primis confratrum sanctissimæ Eucharistiæ. Apud eos verò, qui præ eorum egestate, inopiaque id præstare non poterunt, ipsi sodales apparent.

Deinde idem parochus, & vespere pridie illius diei, quo Sacram Eucharistiam allaturus est; si eo tempore de hoc officio præstando certior est, & tunc item paulò, scilicet, antequam afferat; certis campanæ percussionibus confratres Sanctissimi Sacramenti, & clericos, & reliquos fideles, præsertim illius parochialis viciniam, euocari mandet; qui illud pia veneratione prosequantur.

Vid. sup.  
eod. c. 3.  
& c. 9. &  
de off. Pa  
rochi. ca.  
15.

Post ipse, ubi manus lauerit, ad altare genibus flexis, paululum tacitus religiosè oret; tum superpelliceo, stola, ac, ut decretum est, pluuiali, ubi potest, se induat. Sacerdotes verò ceteri, clericive, qui comitantur, superpellicem adhibeant: si Canonicorum capitulum sit, cappam, vel almutiam, aliud ve-ndumentum, ut illis in choro moris est.

Reliqui fideles bini prosequantur, capite aperto, & quamplurimi candelis accensis: ac primo loco viri, in quibus scholares Sanctissimi Sacramenti precedant, postremò sœming.

Omnes, præsertim Ecclesiastici homines, hymnos, & psalmos penitentiales, aliosve in ima animi pietate, simul cum parocho, sed alternatim, pronuntiant: atque alij item religiosè orent.

Obuiantibus sanctissimæ Eucharistiæ, dum gestatur; familiæve ægrotantis, dum acceditur; quid agendum: & de ijs populus qualiter monendus. Cap. XXV.

**C**um quis, sacerdoti sanctissimi Corporis Domini sacramentum ad egros ferenti, aut cum eodem inde redeunti, obuiam fit, dum vel equo, vel curru; vel iumento uehitur; ubi primùm illum, id ferentem uiderit; inde statim descendat humiliq; flexis genibus, tandiu in adoratione permaneat, quoad ille cum Sacramento transfuerit.

At verò omnis, siue sacerdos, siue clericus, siue laicus, quicumque eidem sanctissimo Sacramento obuiam fiet, pro Christianæ religionis cultu domum usque eius, cui ministrandum est; & ad Ecclesiam quoque, quò reditur, pia ueneratione prosequi, & comitari omnino studeat; nisi necessitate, causaue urgente impediatur.

Id omne, ut cuncti fideles studiosè, religiosèq; præstent, illos vnusquisque parochus, quàm sapissime, ac diligentissimè commonefaciat.

Familia verò, quæ domi habitat, ubi egrotus est, sanctissimo Sacramento, ad Ecclesiam usque, vel saltem extra ianuae fines obuiam procedat cum cereis accensis, & omni alio interiori, & exteriori pietatis cultu.

Eucharistia non, nisi ut summatur, ad ægrotum deferatur; qui si nequirit, quid fiendum. Cap. XXVI.

**S**acra communio ad ægrotum non deferatur, nisi ad eum, qui verè illam sumpturus est: si verò aliquando fit, ut dum ad eum parochus venit, morbi vi ita afflctum illum inueniat, ut eam tunc ritè ministrare non possit, collocata pyxide super corporale in mensa, eo nomine apparsa, paululum moretur, dum genibus flexis, vnà cum cæteris, qui adsunt, ac potissimùm cum egroto ipso, sanctè oret; ac postea recessurus, Eucharistia pyxide inclusa, eidem benedicat. Quòd si egrotus ipse id uehementer exoptat, Sacramentum, aperta etiam pyxide, liceat ostendere adorandum.

Aegrotō cupienti denuo, non tamen pro viatico, si iam in eadem infirmitate sumperit, Eucharistia ministratur.

Cap. XXVII.

**C**um quis periculose aegrotas, ac etiam penē in extremo spiritu Sanctissimi Sacramentum Eucharistiam, & Sacramentum extreme unktionis suscepit; si post aliquot dies superstes Sacramentum communionem sibi ministrari petit; eius pio, religiosoq; desiderio parochus nē desit; modō ne pro viatico iterum in eodem morbo p̄beat: cum id à sanctis patribus olim fieri consueuisse traditum sit.

Vid. sup.  
de off. Pa-  
rochi. ca.  
49.

Qualiter in feria Cœnæ Domini, vbi reconditum est Sacramentum, excubiæ sint fiendæ. Cap. XXVIII.

**F**eria quinta Cœnæ Domini, quod religiosius colatur, & custodiatur locus, in quo Sanctissimum Christi Domini Corpus recondi solenne est; Episcopus diligenter curet, ut & in Basilica Cathedrali, & in Ecclesiis tam Collegiatis, quàm parochialibus, semper unus saltem sacerdos, aut sacris initiatus, eo sacro loco, tanquam in statione collocatus, excubet; atque euigilet in assidua precatione, sanctaq; meditatione.

Vid. sup.  
c. 10. co.

## DE SACRA VNCTIONE.

### Tit. XXVII.

Dum Chrismatis oleum consecratur, qui intersint. Cap. I.

**C**um oleum Chrismatis consecratur; omnino intersint, & qui dignitates, seu personatus obtinent, & Canonici, ac reliqui Cathedralis Ecclesie clerici.

Qualiter ne laici quid Chrismatis tangant; quæve tangenda tantum compatribus, & commatribus tradantur.

Cap. II.

**CAVEANT** Parochi, nē sacrum Chrisma in baptismo à laicis attingatur: Neve linteola, quibus baptizatis sacri Chrismatis unctio extergitur, ad hoc afferuent, ut ijs tangenda tradant, quos parentes baptizati sibi compatres, vel commatres fieri cupiunt.

Cap. III.

**M**inori septennio confirmationis Sacramentum nemini præbeatur.

Cap. IIII.

**P**arochi in Ecclesia ante denuntient tempus, quo sacrum Chrisma ministrandum erit.

Eos, qui confirmandi sunt, eius Sacramenti vim, ac uirtutem edoceant.

Vid. inf.  
co. c. 28.

Infra co.  
c. 14.

In confirmatione susceptis, & eorum parentibus qualiter nihil largiendum. Cap. V.

a Idipsū  
statuunt  
in baptis-  
mo, ut fu-  
pra d. ba-  
ptis. c. 2. i.  
finc.

**S**usceptores<sup>a</sup> in Sacramento confirmationis, neq; ipsi, quos susceperint, neque eorum parentibus quidquam omnino largiantur; ne cuiquam, quod aliquando commissum est, iterandi hoc Sacramentum, quod nefas est, occasionem praebeat.

Quando parochus aegrotum inungat. Cap. VI.

**E**xtréma vnctionis Sacramentum curet Parochus, ut aegrotus, dum interis est sensibus, adhibeatur. Si tamen negligentia curantium, vel morbi ut sensum amiserit, ita ut nihil prorsus intelligat; si adhuc uiuit, ministrari hoc sacramentum debet; si aeger animi sui significationem dederit, ut inde iudicari possit, eum hoc Sacramentum petiturum, si adhuc integra mente esse.

Dum inungi uult, quid agendum. Cap. VII.

b Sup. d.  
off. Paro-  
chi. c. 41.

**I**dem cum ad unguendum infirmum accesserit, diligenter eum consoletur, & hortetur, ut bono animo sit, & à curis, ac desiderijs huius uitae ad caelestis beatitudinis cogitationem ita erigat; ut abiectio mortis metu, se à Deo in aeternam requiem vocari gaudeat.

Omnes uero, qui adsunt, moneat, ut precēs Christo Domina pro eo faciant.

Quotannis Chisma qualiter accipiendum. Cap. VIII.

c c. pref-  
byteri q.  
& c. seq.  
incip. om-  
ni tēpo-  
re. de cō-  
sec. di. 4.  
& sicut  
reliquia  
Sanctorū  
deporta-  
ri solent,  
ita. S. Cri-  
sma de-  
portet,  
ut Anti-  
stod. Cō-  
cil. Can.  
6. & Vor-  
matienf.  
60. cautū  
est, i To.  
3.

**A**d sacri Chismatis oleum accipiendum, quotannis ante Pascha mitantur, qui accipiant; ut ueteri Canone decretum est.

Dum inungitur, quae aegrotus, & praesentes sint docendi. Cap. IX.

**P**arochus in Sacramento extréma vnctionis ministrando, ex Catechismi Romani doctrina, aegro, ceterisque praesentibus explicet illius vim, & utilitates, tum ad animae salutem, tum etiam ad corporis ualitudinem; si haec ad aeternam gloriam profutura sit.

Quot pro chismatis, & cathecumenorum oleis uascula parochis sint habenda. Cap. X.

**V**naeque Parochia uascula duo sacrorum oleorum chismatis, & cathecumenorum; uascula item duo extréma vnctionis habeat: quae confecta & ornata sint ad formam in libro instructionum praescriptam. Idque ut die sacro Cænae Domini illa uacua, diligenter ante absterfa, ac bene parata; nec uero ampullae, aut alia eiusmodi ad olea sacra recens consecrata, ferenda adhibeantur; aliaque, rursus retineantur ad afferuandum, quod reliquum est sacrum oleum uetus, quod usui esse possit, si in sua parochiali cura opus esset, dum illa recentia apportantur. Vbi uero plures parochi, animarum uel cu-

ratores,

ratores, aut alij sunt, qui Parochialis curæ portionem, vel officium habent, totidem vasa olei sacri infirmorum sint.

Nouis habitis, olea vetera, cum eorum bombyce qualiter comburantur. Eorumq; vascula abstergantur, & asseruentur.

## Cap. XI.

**P**arochus, vbi primùm olea sacra noua acceperit, Vetera statim comburat in lampade, quæ ante sanctissimum Sacramentum collucet, bombyce in sacrario planè exusto: Vascula autem, vbi anno proximo asseruata sunt, diligenter, politeq; absterfa, accuratè in sacristia conseruet; vt anno sequenti vsui sint, quibus asserantur itidem olea sacra.

Liber ritualis, Sacramentalisve, à parochis qualiter habendus.

## Cap. XII.

**P**arochi singuli, quatuor ad summum mensium spacio, librum ritualem, sacramentalemve habeant, qui in Ecclesia Cathedrali adhibetur; vt ne vlla ex parte inferiores Ecclesia à Cathedrali ea in re discordent. Rituales autem libri, qui ab eo Cathedralis dissimiles, ac diuersi erunt, statim amoueantur.

Oleo sacro deficiente, qualiter aliud superinfundatur. Cap. XIII.

**S**acro Oleo deficiente, si tempus non patiatur, vt id aliunde haberi possit; Silla ratio ineatur, canone præscripta, vt cum Oleo consecrato, misceatur non consecratum: id verò non consecratum guttatim ita infundatur, vt semper quod infunditur, minus sit oleo consecrato, quod vel exiguum in vase reliquum est.

Qualiter subditi ad suscipiendum confirmationis Sacramentum edocendi: & nè id negligenter à parochis inducendi.

## Cap. XIII.

**P**arochi, animarumq; curatores, qui in vrbe sunt, die Dominico Pentecostes solennitatem præcedente populum doceant, quanto religionis studio suscipiendum sit Confirmationis Sacramentum; cuius ministrandi solus Episcopus ordinariam potestatem habet.

Videant item, nè quis eorum, qui sibi in curam traditi sunt, illud suscipere negligat.

Quare præmoneant, quod etiam Concilij Vormatiensis canone sancitum est, vt quicumq; intra parochia sua fines habitant; neque confirmati adhuc sunt, illud omnes suscipiant. Si quis verò neglexerit, Canonicis subiaceat disciplinis.

Curandum est, vt adulti, confessi, & item omnes ieiuni, ad Sanctum Chrisma accedant. Cap. XV.

**E**laborent præterea idem, vt, qui adulta ætate confirmandi sunt, primò de peccatis confiteantur; tum etiam admoneant, vt ieiuni illud suscipiant, cum manè ministratur.

c. Manns  
quoque.  
de conf.  
dist. 5. &  
c. 1. §. Per  
frontis  
chrismationem.  
ex eod.  
Negligēs  
pccaret. gl.  
vlt. i. c. 1.  
de conf.  
dist. 5. c.  
Vt ieiuni.  
ni. de cō  
se. dist. 5.  
Vbi dicitur  
Nun  
quæ erit  
christianus,  
nisi  
in cōfir  
matione  
Episcopi  
pali fue  
rit chris  
matus vi  
de sup. d.  
Baptif. c.

24.

Q. ibus

Quibus moneudi etiam qui ad Sanctum Chrisma accedunt.

Cap. XVI.

**R**eliqua etiam diligenti cohortatione denuntient, quæ ad hoc Sacramentum rectè sanctèq; suscipiendum pertinentia, monitionum tabella comprehenditur impressa.

Quod supra vrbanis, hoc idem diœcesanis parochis, vbi ministrandum est chrisma, præcipitur. Cap. XVII.

**Q**uæ cuncta diœcesani, item parochi præstabunt; ita, scilicet, ut singuli parochi vniuscuiusque loci, vbi sacrum chrisma Episcopus ministraturus est Dominico, vel alio festo die, hebdomadam illam proximam, qua ministrabitur, antecedente, cum populum omnia, & singula doceant, ac moneant, mox supra parochis, in vrbe commorantibus, præscriptum etiam præstari curent.

Quando, & vbi Episcopus sacrum chrisma ministret. Cap. XVIII.

Vid. sup. eo. c. 14. in princ. ex inf. c. 26.

Quare hoc Sacramentum post baptismum præstetur, vide c. 1. & c. Nouissimi, de consecr. dist. 5.

**S**acrum autem chrisma Episcopus, (cum id ministrare proprium Episcopalis curæ munus sit) ne statim Pentecostes solennitate id præstare præmittat; tum ad singulas vniuersæ diœcesis partes, parochiasve, & loca visitando accurat, vbi illud ministrari necesse sit.

Domi si permittatur oleum infirmorum, qualiter seruandum.

Cap. XIX.

**Q**uibus parochis permittitur, domi aliquando habere sanctum oleum infirmorum; ij fenestellam in ipsa domo, loco decenti, ac tuto construant, panno serico circumuestiant, ualuè, & clauè claudant; ut & in honore, & rectè custodiatur.

Quibus extrema vnctio non sit ministranda. Cap. XX.

**P**arochus extrema vnctionis sacramentum, sicut his ministrare debet, adultis, scilicet, periculoseq; egrotantibus, propeq; moribundis, senio confectis etiam non egrotis, in diem morituris; ita istis, ne ministret, nempe pueris, rationis vsu carentibus, mulieribus in partu laborantibus, ad bellum proficiscentibus, nauigantibus, peregrinantibus; & ijs qui mox ultimo supplicio mulctandi sunt.

Aegris qualiter per Parochum, oratione sacrificio, & extrema vnctione subueniendum. Cap. XXI.

**I**dem cum pro egris parochialis vicinæ suæ semper oret, sacrificiumq; offerat; tum si quem ex ijs periculose egrotare viderit, hoc curet diligenter, ut die, noctuq; ad extrema vnctionis sacramentum, ei ministrandum præsto sit, & paratus.

Si ne-

Si necessitas suaserit, vnâ cum viatico, & oleum infirmorum, vt postea, illico etiam ægroto ministretur, afferendum.

## Cap. XXII.

**C**V M autem is ad egrum, qui à parochiali Ecclesia longius abest, graui-  
ter, ac non sine periculo mortis, febri, morbo ve laborantem, sanctissimum  
corpus Domini defert; ne, vbi ad parochiale domicilium ipse redierit, mortem  
ille prius obeat, quàm ad extrema vnctionis sacramentum, eidem ministran-  
dum, reuerti, possit; Vasculum etiam illius sacra vnctionis secum ferat; illam  
ei postquam corpus Domini præbuerit; ministraturus, si ita pro morbi ingra-  
uescentis ratione, mortisq; periculo faciendum censuerit.

Extremam vnctionem ministraturus, quos sibi adhibeat: & quali-  
ter indutus vasculum olei secum deferat.

## Cap. XXIII.

**I**D extrema vnctionis Sacramentum ministraturus, quot commodè potest,  
Præsbyteros, & clericos adhibere studeat, superpelliceo indutos: qui ipsum,  
& ministrantem, & precantem, pietatis, orationisq; studio, in eo mini-  
sterio adiuuent.

Quòd si plures habere non potest, vnum saltem omnino adhibeat cleri-  
cum, sibi ministrantem.

Accedat autem, illud ministraturus, stola, & superpelliceo indutus.

Vas sacri olei, ne sinu, parochio ve compræhensum, sed sacculo sericeo apte  
inclusum, cordula serica à collo pendens, piè, reuerenterq; ferat.

Dum propè inungendus est ægrotus, quæ preparanda.

## Cap. XXIII.

**C**V M accersitur, prope ægrotantis lectum, mensam paruulam, vbi com-  
modè fieri potest; parari mappam candidam sterni curet: super qua, &  
vas sit, vbi bombyx, seu stappa ad abstergendas vnctiones, micaq; panis ad  
absterfionem digitorum preparata, & vas alterum aque ad manus lauand-  
as, & candela cera item parua. Qua in mensa vas sacri olei à parte lecto ui-  
ciniori ponatur; à laico autem homine ne manu teneatur.

## Cap. XXV.

**M**ulieribus ministraturus, renes ne tangat.

Quando Episcopus sacramentum Chrismatis ministrare poterit.

## Cap. XXVI.

**E**Piscopus non solum sacris, solennitatibusq; Pentecostes diebus, sed e-  
tiam, si ita indicauerit, & Pasche Resurrectionis tempore, & in Ad-  
uentu sacro Domini, & quoties visitationem obibit, Sacramentum con-  
firmationis ministret.

Vid. sup.  
c. 18.

Qualiter



Qualiter petenti ægroto, sacramentum chrismat̄is Episcopus ministret. Cap. XXVII.

**Q**uod si quis, cum periculose ægrotat, se chrismat̄is Sacramento confirmatum non esse meminerit; ac propterea id sibi ministrari petat; tunc Episcopus, si eo loci est, ubi ille ægrotat; vt nē sine hoc Sacramento decidat cum charitate paterna inuisat, & ritē confirmet.

Quando etiam minoribus septennio Episcopus sacramentum confirmationis ministret. Cap. XXVIII.

**L**icet rationale sit, vt hactenus obseruatum est, nē confirmationis Sacramentum ijs præberetur, qui annis septem minoris natu sunt; si tamen Episcopus ob aliquam causam iustam, paruulo, & infanti, qui non modò eam ætatem expleat, sed ne attingat quidem, ministrandam aliquando censuerit, nē sit vetitum in futurum.

Vid. inf. co. c. 38.

Adeo natu minores confirmati, qualiter de hoc monendi, & libro notandi. Cap. XXIX.

**I**is verò minoribus natu, atque adeo paruulis, si quandoque ministrabitur; eorum parētes, vel qui curam gerunt, parochus moneat, vt ætate procedente, illos ea de re certiores faciant: nē parentibus, curatoribusve postea mortuis, ipsi aliquando dubitent, an hoc Sacramentum, quod iterari nefas est, susceperint. Id verò parochus curet, præter eam diligentiam, quæ sibi præscripta est, de confirmatis, eorumq; compatribus in libro certo describendis.

Antequam Sacramentum Chrismat̄is ministretur, quid per Parochum, & confirmandos ab eo de hoc monendos, orandum, & præparandum. Cap. XXX.

**I**dem aliquot ante diebus, quàm Episcopus ministraturus sit hoc Sacramentum, vt nemo quisquam eorum, qui suæ curæ concrediti sunt, illud suscipere negligat, illos per familias distinctè, rectèq; notet, qui illud nondum susceperint: ac qui ætate sint, ab Episcopo præscripta, ordine in Ecclesiam vocet ad id ritē, religioseq; suscipiendum.

Eiusdem cura sit paucis ante diebus, quàm Episcopus Sacramentum hoc ministret, non solùm fideles præmonere, quæ supra præscripta sunt, sed etiam in parochiali Ecclesia orationem eo nomine instituire; vt qui nondum confirmati, ad id accesserint, adiutrice diuina gratia, digni sint, qui spiritus Sancti dona vberimè recipiant.

Neque hoc quidem is denuntiare omittat, vt qui proximè confirmationem suscepturi sunt, pridie illius diei, quo suscipient, caput lauent, aliove modo mundent, capillosq; sibi tonderi curent.

Confir:

Confirmandi, & patrini qualiter examinandi, & vbi Sacramentum fit ministrandum. Cap. XXXI.

**Q**VI confirmandi sunt, & patrini adhibetur, parochus ante videat, quos rudiores esse suspicabitur, an orationem Dominicam, salutationem Angelicam, & symbolum norint: Atque ob eam quidem causam Episcopus, illa fidei rudimenta sibi ab illis recitari iubebit. Quam diligentiam, idem Episcopus etiam, vt opus esse viderit, aliquando præstet per se, vel alium Sacerdotem, quem in care cognoscenda constituerit.

Videat item, vt in quacunque Ecclesia confirmationem ministrarit, si pauci sunt, qui suscipiunt, vbi commodè fieri potest, ante altare maius decenter exornatum, semper ministret.

Quales confirmandi mares, & fœminæ in Ecclesia se habeant; & quis ordo seruandus. Cap. XXXII.

**P**RIMO mares in Ecclesia à parte sua, fœminæ ab altera sint; sicq; separatim distinctè, genibus flexis, manibus ante pectus iunctis, suo quique ordine, piè, & religiosè orent: in primisq; ab omni strepitu, vociferatione, & inani confabulatione caueant; sed silentio Sancto vtantur omnes qui sunt in Ecclesia.

Et quod veteris ritus est, primùm mares, deinde fœminæ confirmantur; nisi aliquando aliter Episcopus censuerit.

Qui confirmandis condecens modus compatrum, & commatrum adhibendus. Cap. XXXIII.

**V**T ne fœminis mares, nec verò contra maribus fœminæ, neq; senioribus adolescentes, cum minimè hoc per ætatem conueniat, compatres in confirmationis Sacramento adhibeantur; nisi id aliter necessitas aliquando postulet.

Qualiter per compatres confirmandi sint tenendi.

Cap. XXXIII.

**Q**UOD antiqui ritus est, id seruetur, vt compa dextera suscipiat, & teneat, quem in hoc Sacramento ministrando Episcopo offert; si verò qui offertur adulta ætate est, pedem suum, super dexterum compatris, qui ipsum offert, ponat: id quod nõ sine mysterij significatione fit. Quam ob causam, & qui confirmatur, & patrinus tunc coram Episcopo confirmante stet.

Quid præsentibus huic Sacramento meditandum sit.

Cap. XXXV.

**P**Ræsentes omnes mente secum reputent cœlestia illa Spiritus sancti dona, quæ illius Sacramenti virtute fidelibus impartuntur; in primisq; tacita meditatione videant, quas in illis ipsi progressionem habeant: atque vitant, tantæ cœlestium donorum vbertate dignam.

Confir-

Confirmando, nomē quando notandum. Cap. XXXVI.

**C**uret etiam Episcopus, ac parochus, vt qui turpe ridiculumve nomen habet, neque planē conueniens Christiano homini; illud mutet, sumatque in confirmationis Sacramento nomen alicuius, qui veræ pietatis, sanctæque religionis laude floruit; vt qui hactenus non ad normam Christi Domini vitam instituit, iam abiectō eiusmodi nomine, depositoque veteri homine, & antiqua socordia, rursusque nouo, ac sancto suscepto nomine, virilem in sancte agendo constantiam perpetuē deinceps præstet.

Frons confirmati, qualiter abstergenda. Cap. XXXVII.

**C**onfirmati frons, Chrismate ab Episcopo illita, primū bombyce diligenter à Sacerdote abstergetur, mox à clerico, in sacris constituto, aqua lauetur. Quæ aqua in Baptisterij sacrarium projiciatur.

Qui pueri non inungantur. Cap. XXXVIII.

**N**ē pueris, qui nondum vllum rationis vsum habent, Sacramentum extreme vnctionis ministretur.

Qui alio, quàm oleo infirmorum ægotum inunxerit, eo cum debita, forma iterum inungat. Cap. XXXIX.

**P**arochus, si per errorem aliud oleum, quàm quod infirmorum est, ad ægotum ungendum unquam adhibuerit, etiam si Chrismatis, aut cathecumenorum sit; vt erratum emendet, olei sacri, quod proprium infirmorum est, vnctionem eidem adhibeat: tuncque Sacramenti formam iteret.

Si æger interim moriatur, vel an adhuc viuat, dubitatur, quando defistatur, vel qualiter inungatur. Cap. XL.

**A**GER si dum sacro oleo ungitur, extremum spiritum emisit, parochus ungere desistat. Si verò aliqua morbi vis de repente illum oppressit, vt dubitetur, viuus ne sit, an mortuus; ea conditione in unguendo vtatur, Si es viuus, per istam sanctam vnctionem &c.

Præter parochum, quando nemini hoc sacramentum ministrare licet: Quæ item cura circa hoc eidem habenda sit.

Cap. XLI.

**N**ē alius Sacerdos, nisi parochus, hoc sacramentum ministret. Si porò impeditus, aut aliàs in mora est, mortisque periculum instat; tunc Sacerdos alius ministret.

At caueat parochus, nē in eo ministrando negligētiam, vllamve morose culpam contrahat. Alioqui si ad illius ministracionem accersitus, ire neglexerit, cum rationem Deo reddet, tum pœna ab Episcopo grauiter plectetur. Is porò ad omnem huius Sacramenti, in tempore administrandi, diligentiam, præ-

seruam

terquam quod præcipuè curæ suæ sanctæ sollicitudinis plena est, officio valde admodum perpetuè excitetur; proposito etiam sibi exemplo sanctissimi Episcopi Malachiæ accendatur, qui tam vehemènti animi dolore ex eo affectus est, quod culpa sua, mulier quædam, Sacramenti huius gratia fraudata, decesserit, ut totam noctem orando, gemendo, lachrymando, consumpserit; lachrymarumq; vi, quasi maximo imbri, pro oleo sancto, quod non ministravit, mortuam perfuderit. Mane autem exaudiuit Dominus Sanctum suum; ita ut illa è morte, tanquam è somno excitata, è lecto se se erigens, Sacramentum hoc ab eo acceperit; ac deinceps à morbo conualuerit.

## DE RELIQUIIS, ET VENERATIONE sanctorum. Tit. XXVIII.

Sanctorum reliquiæ qualiter condendæ, & exponendæ. Cap. I.

**V** Sanctorum reliquijs, quæ debetur veneratio, & cultus, adhibeatur; statuimus, ut in locis honestissimis, ac decoris vasculis, qua debent religione, asseruentur.

Cum populo, pietatis causa, ostendantur, lumina accendantur.

Ex loculis verò, & receptaculis, ubi conditæ sunt, ne educantur.

Ne temerè exponantur omnium oculis.

Neve questus gratia.

Cetera etiam de reliquijs, quæ in Sacra Tridentina synodo decreta sunt, Episcopus inuiolatè seruari iubeat.

Seff. 25.  
in Decr.  
de iuoc.  
vener. &  
reliq. Sā-  
ctorum.

In Ecclesijs, ubi corpora, vel membra condita sunt, quo campanarum sonitu, quoque apparatu, sanctorum festi dies solenniter celebrentur. Cap. II.

**S**anctorum, qui in domino dormierunt, sacris sepulchris, & reliquijs colentis, & venerandis, eò maxime augetur gloria Dei, quod religiosius illa coluntur: Quo igitur die, sancti alicuius dies festus agitur, si in aliqua vrbe, diæcesive Ecclesia, sancti alicuius corpus reconditum est, sacra ve eius membra, Vel alia insignes reliquiæ asseruantur; eo die, & significatio detur frequenti campanarum sonitu; & ille Ecclesiæ locus, ubi ea sunt, sacrarum vestium apparatu, & candelarum lumine ornetur; quod ad maiorem cultum diuina officia solennius celebrentur.

Sacræ reliquiæ à quibus, & qualiter recognoscendæ. Cap. III.

**A**d ea, quæ de sacris reliquijs superioribus decretis sancita sunt, pro religiosis, illas & recondendi & exequendi, & transferendi, & asseruandiratione, piæq; earundem veneratione, atque cultu, hæc quoque adiungantur.

## Prosequutio prædictorum. Cap. IIII.

**S**anctorum corpora, & sacras reliquias, Episcopus à religiosis peritisq; Sacerdotibus, quos eo potissimum nomine deligat, tum in vrbe, tum in diocesi sua, quibuscunque in Ecclesijs, locisve illa sint, recognosci quamprimum inbeat. Qua in recognitione hæc præstentur.

## Prosequutio prædictorum. Cap. V.

**P**rimò, ut scripta, tabulæ, literæ, certi annalium Codices, aliæve cuiusvis generis monumenta, quæ in illis ipsis Ecclesijs, earumve atrijs, aut adibus, aut alijs locis extant, schedulæq; vasculis, arcisve sacrarum reliquiarum affixæ, inclusæve recognoscantur accuratè, & diligenter; vnde illarum, vel translatio, vel collocatio ibi facta cognosci, aut alia eiusmodi notitia eorundem haberi, queat. Testes præterea conquirantur, si qui sunt, qui testimonium dent antiquæ, constantisq; traditionis, ex qua certa earum cognitio constet, aut alia sicut opus erit, id generis diligentia ad rei perspicentiam adhibeat.

Nè reliquiæ conspici, vel effodi possint, qualiter cauendum.

## Cap. VI.

**D**einde, ut singulæ ipsæ sacræ reliquiæ, quas extare compertum est, reipsa cernantur; ita tamen, ut vbi sub altaribus, alijsve subterraneis eiusmodi locis, corpora sanctorum collocata, recondita ve sunt; nec ostium, neque fenestra insit, vnde inspici queant; non aperiuntur, aut effodiantur; nisi ob causam aliter Episcopus aliquando faciendum censuerit.

Libri annotationum reliquiarum sanctorum, qualiter habendi, & asseruandi. Cap. VII.

**Q**uæ omni recognitione facta, diligentiaque adhibita, librum præcipuum, certumque confici Episcopus curet, in quo singulæ, quæ in Ecclesijs, & Vrbs, & diocesis sunt, reliquiæ sacræ rectè, atque ordine describantur; notatis etiam diligenter non solum ijs ipsis Ecclesijs, vbi reconduntur, sed scriptis etiam, annalibus, tabulis, alijsve monumentis, è quibus illarum testimonium constet. Is verò liber in Archiuo Episcopali, certo loco custodiatur, & asseruetur perpetuo.

Qualiter sacræ reliquiæ nouiter repertæ in libro annotandæ, & ab Episcopo, priusquam exponantur, approbandæ.

## Cap. VIII.

c. 2. eo. ti.  
in decre.

**I**n eo item libro, rectè referantur, si quas deinceps sacras reliquias comperiri, aut aliunde asportari contigerit; vbi primum ab Episcopo illæ recognitæ, & probatæ sunt. Nec verò sine scripta Episcopi probatione, etiã à Regularibus, & alijs exemptis, vllas nouas reliquias euulgari, aut populo exponi, venerandasve proponi patiatur Episcopus, antequã à se recognitæ, & probatæ

bate

bat & illę sint. Qua in probatione seruet is omnino formā, à Tridentino Concilio ea de re præscriptam.

r. Can. su  
præcitat.  
Sess. 25.  
de inuo.  
& vñ. san  
ctorum.

Reliquiæ sanctorum non in priuatis ædibus, nec apud laicos, sed in Ecclesia qualiter asseruandæ.

Cap. I X.

**R**eliquiæ sanctorum ne in priuatis ædibus, neve apud laicos homines, sed in Ecclesia, loco conspicuo bene septo, atque undiq; ornato collocentur, & asseruentur. Atque ita eo loco decenter, ac piè vel arcis, vel capsulis, vel uasibus, loculisve reconditę, includantur; ut & pro illarum ratione, ac pro Ecclesiarum dignitate, & facultatibus, formę, instructionibus hoc nomine editis, præfinit & omni ex parte respondeatur.

Quot clauēs, quibus reliquiarum locus est recludendus, & per quos seruentur. Cap. X.

**I**s porrò locus duabus saltem clauibus, ijsq; diuersis, claudatur; quarum vnā Episcopus, alteram Rector Ecclesię, vbi sunt, custodiat diligenter. Vbi verò consuetudinis est, ab uniuersitatis, sodalitatibusve hominibus, aut à syndicis, laicis hominibus, clauem etiam teneri; illam tertiam illis permittere poterit Episcopus arbitrati suo.

In priuato oratorio vt teneantur, quando licebit.

Cap. X I.

**L**iceat tamen aliquando, quibus Episcopus rationabili, & pia causa id concedendum censuerit, asseruare in priuato oratorio, tuto, ornato, ac decenti, eiusdem Episcopi iudicio.

Quando, & quibus clathris ferreis condita sanctorum corpore sapiantur. Cap. X I I.

**C**orpora sanctorum, quę non sub altari, sed sub Ecclesię pavimento collocata sunt, nisi decentiori Ecclesię loco recondenda Episcopus censuerit; saltem crate ferrea politè, ornateq; confecta, nè pedibus eorum locus irreuerentius tractetur, undiq; sepiantur, atque obtegantur, ex instructionum præscripto.

Quę reliquiarum inscriptiones retinendę, quęve, & qualiter renouandę. Cap. X I I I.

**Q**uę reliquię inscriptionem habent, non vetustate consumptam, sed integram, & ex præscripto instructionum nostrarum confectam; ita ut est, illa inscriptio retinetur, & conseruetur. Quarum verò inscriptiones, aliqua ex parte exesę sunt, aut aliàs non ad præscriptum factę; eę, in charta pergamena rectè exaratę renouentur.

Quibus inscriptiones, si non habentur, apponendæ.

Cap. XIII.

**Q**uæ nihil inscriptum habent, sed tamen constat, quorum Sanctorum, sanctarumve illæ sint; ijs singulis nomina propria inscribantur, ad instructionem prescriptam.

Sanctorum reliquiarum, præsertim insignium, memoria, qualiter insculptis literis, in propatulo habenda.

Cap. XV.

**S**anctorum reliquiæ, præsertim insignes, & sacra corpora, sacraque membra, quæ ex certis monumentis, in Vlla quavis Ecclesia recondi constat; in tabula ærea, lapideave literis incisa, quo accuratius memoria perpetuo conseruetur; diligenter, ordineque, Episcopi cura describantur: Tum præterea in capelle maioris columna, latereve, aut in gremio Ecclesie, loco aperto, ac perspicuo, ea tabella, parieti calce conglutinata, in omnium conspectu sit.

Reliquiarum monumenta qualiter asseruanda.

Cap. XVI.

**S**cripta, tabula, & antiqua monumenta, ad illas spectantia, in earundem Ecclesiarum sacristia, Archiuiove reponantur, ubi tutò asseruentur.

Sanctorum vita, & eorum reliquiæ, qua ratione ibidem existant, qualiter conscribendæ. Cap. XVII.

**V**niscuiusque Sancti, sancteque, cuius corpus, uel sacra reliquiæ, præsertim insignes, asseruantur, uita, aut martyrij historia, ex probatis auctoribus breuiter collecta, ante recognita, & comprobata, in tabellam, aut in aliquem certum Codicem, charta pergamena exarata, referatur. Qui codex in Ecclesia sacristia certo loco diligenter asseruetur. In illa autem uita breui narratione, omniq; alia, quæ constet, ratione, exponatur deinceps; in extrema, scilicet, parte, ac paucis item uerbis, quo tempore, quoque modo, sacra illa reliquiæ, ed translata, uel recondita sint.

Sacris reliquijs quando lampas, vel plures iugiter perluceant.

Cap. XVIII.

**S**acris autem reliquijs, si Sanctissimo Eucharistie Sacramento non ita propas quidem ea collocata sunt, ut illius lampade harum cultui satisfaciat; lampas propria assidue perluceat: nisi hanc impensam nimiam, & Ecclesie, & populi egestas, Episcopi iudicio, non patitur. Caterum corporibus sanctorum, & reliquijs, Episcopi iudicio insignibus, lampas omnino una semper colluceat. Ubi uerò plures, aut ex legato, seu alia obligatione, usque adhibentur, aut pro reliquiarum ratione, uel Ecclesie amplitudine, facultatibusue adhiberi Episcopus iusserit, id etiam seruetur.

Ante factas imagines et lampadarum ardentium usus probatur in Conc. Nicen. 7. artic. 2. ac 4. Tom. 3.

Sacra

Sacræ reliquiæ à laicis, nec tractandæ, nec quidem tangendæ.

Cap. X I X.

**N**E sacræ reliquiæ per laicos, etiam cuiusvis ordinis, dignitatis homines  
ullo modo tractentur; nec uerò tangantur: cum hoc sacrilegium, ac mi-  
nus propterea ferendum esse, S. Greg. Pontifex scribat.

Quando, & à quibus illis thurificandum.

Cap. X X.

**C**Um uerò ab Ecclesiastici ordinis hominibus illæ cum suis loculis, uasculisq; suscipiuntur; ut uel populo ostendantur, uel in altari exponantur, uel in processionibus ferantur; primum illis thurificatio adhibeatur. Si quæ in uia ferantur, tunc Acolytus, Sacerdoti illas ferenti, præeat, qui item thurificet.

Quibus temporibus sacræ reliquiæ exponi possunt.

Cap. X X I.

**N**E passim omni tempore, sed certis tantum festorum dierum celebritatibus, ut potè in Natiuitate Domini, Epiphania, Pascha Resurrectionis, Ascensione, Penthecoste & eiusmodi, festoq; ipso die exponantur, ostendantur uel, quo illius sancti, cuius reliquiæ sunt, uel Ecclesiæ, in qua reconditæ sunt, celebritas solenni, festoq; officio agitur: tñ præterea quo die ob aliquam causam Episcopus iusserit, concesserit uel. Nullo autem modo unquam illæ ab operimentis, aut à uelis nudæ ostendantur, exponantur uel.

c. 2. eo. in  
decretal.

Qualiter, à quibusue, & quomodo indutis sacræ reliquiæ exponantur, & recondantur. Cap. X X I I.

**C**um in altari autem exponuntur, hæc seruentur. Primum in illis exponendis, processio per Ecclesiam, ubi illæ sunt, ab eiusdem clero agatur, certo luminum numero adhibito. Rursus idem præstetur, cum reconduntur.

A Sacerdote, qui in illa Ecclesia digniorem locum Sacerdotalem obtinet, nisi aliquando Episcopus ipse id munus sibi obeundum censuerit, exponantur, & recondantur. Isq; superpelliceo, & stola, uel pluuiali etiam pro reliquiariis, Ecclesiæ uel ratione, indutus sit.

Dum exponuntur, & reconduntur, quid canendum, orandumue.

Cap. X X I I I.

**D**umq; exponuntur, & item cum reconduntur hymnus, uel de Apostolis, uel de martyribus, uel de confessoribus, uel de uirginibus canatur, prout sunt sancti, sanctorum uel reliquiæ, quæ exponuntur; tum antiphonæ, & alia eiusmodi ad rem accommodata; ultimoq; loco, oratio de sanctis illis: Si uerò sanctus, sancta uel est, cuius proprius hymnus, antiphona, oratio uel extet, illa canatur.



Cum eorum reliquiæ exponuntur, sanctorum historia qualiter populo recensenda. Cap. XXIII.

**C**um item exponuntur, de stato eo loco, tabellave supra prescripta, uniuscuiusque martyrium, aut vite historia breuiter explicata, vulgari sermone grauius in populi frequentia pronuntietur: ad quam rem preterea, Sacerdotis, de diuinis illorum sanctorum virtutibus, cælestiq; vita, & rebus per eos fortiter, ac mirifice gestis grauius, breuiq; tractantis, officium, vbi potest, adhibeatur; quod ardentius populi, sacras reliquias spectantis, animi ad omne pietatis studium inflammentur.

Sacris reliquijs in altari expositis, qui cerei, & custodes adhibeantur. Cap. XXV.

a Sancto  
rū, quoq;  
imagini-  
bus lumi-  
naria re-  
uerenter  
accendū-  
tur. Cōc.  
Nicen. 7.  
aliās 2  
act. 7. in  
decreto  
cuius ini-  
tium.  
b Qui no-  
bis, vbi  
etiam de  
finitur, il-  
lis, qua  
ad ora-  
tio, exhi-  
benda.  
Tom. 3.

**D**um in altari exposita sunt, a candela si fieri potest saltem quatuor, & grandiores accensæ ibi colluceant; ad eorumq; custodiam adhibeatur, qui semper assistat, b vnus, duove, sacris ordinibus initiati; q; moribus probati, ac superpelliceo induti.

Locula sacrarum reliquiarum, per clericos coronis tangi quando permittitur. Cap. XXVI.

**H**orum verò clericorum, non laicorum opera, ministerio adhibito, liceat fidelibus pietatis, & religionis causa, coronis sacrarum reliquiarum vascula, loculosve attingere, qua hora Episcopus concessit.

Si alibi, quàm in altari sacræ reliquiæ populo exponantur, quid seruandum. Cap. XXVII.

**C**um reliquiæ sanctorum non in altari exponuntur, sed è loco superiori, aliove, in quo recondita sunt, populo ostenduntur; omnis eadem ratio plene seruetur, processione excepta.

Sacræ reliquiæ sine licentia non transferendæ, tuncve quæ seruanda. Cap. XXVIII.

**S**acras porro reliquias, de vno in alium locum transferri ne liceat, sine iusta, ac legitima causa, & facultate scriptis ab Episcopo permisa: in qua translatione, si fieri contigerit, seruentur ea, quæ piè, & luculenter sunt tradita à Santo Cardinali Borromeo in suo Quarto Concilio Provinciali, titulo secundo.

Quæ in nouis miraculis, reliquijsque approbandis, Episcopus vbiuis seruet. Cap. XXIX.

Sess. 25.  
in decre.  
de inuo.  
venerat.  
& reliq.  
sanct. in  
fine.

**F**ormam à sacra Synodo Tridentina, miraculis nouis approbandis, & nouis reliquijs recipiendis traditam, Episcopus seruet diligenter in omnibus, etiam regularium, & alijs exemptis Ecclesijs.

Altarium, & imaginum nouitatibus, primisque populi concursibus, pro miraculis, & reliquijs, qualiter Episcopus obstitat, quandoque pro his summum Pontificem consulat. Cap. XXX.

**N**ec uerò patiatur, causa à se non cognita, & scripto probata, altare propterea erigi, aut imagines ullas extra morem ornari, uotave, aut oblationes suspendi, aut quicquam noui ea in re, omnino geri. Sed quia plerunque fit, ut uulgi concursu, populiq; clamore, aliquid pro miraculo, aut sacra reliquia euulgetur, quod re uera non est, studeat Episcopus hoc summopere, ubi eiusmodi occasio se obtulerit, ut primis illis uulgi clamoribus piè obstitat, donec rei ueritas, legitimè comprobata constet. Si quis uerò dubius, aut difficilis abusus, sit extirpandus, uel omnino aliqua de ijs rebus grauior quæstio incidat, Episcopus nihil inconsulto Sanctissimo Pontifice, nouum, aut in Ecclesia hætenus inuisitatum decernat.

Vbi sacra insculpi, pingi, effingi que prohibentur.

Cap. XXXI.

**Q**uod de sacrosanctæ crucis effigiæ aliàs per nos sancitum est, itidem interdicitur sit, sacras alias, scilicet, imagines, ac sanctorum, sanctarumue, sacrorumue mysteriorum figuras, & significationes, in uollo quouis humi strato, pauimento, aut loco sordido, etiã extra Ecclesiã, insculpi, pingi, effingiue.

Inf. de  
Ecclesijs  
edifican.  
cap. 5.

Quando brutorum effigies in Ecclesia non habendæ.

Cap. XXXII.

**E**ffigies iumentorum, canum, aliorumue brutorum animalium, in Ecclesia ne fiant: cum aliquid inhonestum, aut profanum in ea apparere nefas sit, ex Concilij Tridentini sanctione, idq; planè etiam septima Nicena synodo Oecumenica vetitum sit.

Sess. 25.  
in decret.  
sup. cita.

Si uerò historia sacræ expressio, ex sanctæ Ecclesiæ Matris consuetudine, aliter quandoq; fieri postulat; hoc sanè non uetatur.

Indecora pingentes, uel sculpenes, qualiter puniendi.

Cap. XXXIII.

**P**ictoribus, & sculptoribus grauis multa, ac pœna, etiam interdicti ab Ecclesia, Episcopi arbitrati, proposita sit; si quid inordinate, aut preposterè, aut tumultuarie accommodatum, si quid profanum, aut inhonestum pixerint, aut assinxerint, contra eiusdem Concilij Tridentini decretum.

Rectores, si contra præscriptum, in eorum Ecclesijs imagines permiserint, qualiter puniendi. Cap. XXXIIII.

**R**ectoribus etiam Ecclesiarum, qui ullam sacram imaginem insolitam, contraq; illius Concilij sanctionem, in suis Ecclesijs, etiam exemptis,

poni permiserint, pena etiam excommunicationis, multatave constituta sit, arbitratu Episcopi, pro ratione culpæ irroganda.

Imagunculæ, quæ altaribus non adhibendæ. Cap. XXXV.

**I**magunculæ illæ parvulæ, fictili opere affectæ; si ita fuco, aliq; apparatu concinnatæ sint, ut Episcopi iudicio, vanitatem præferre, aut offensivam præbere videantur; a d altare ne adhibeantur in posterum.

Vetustate, vel aliter imagines exesæ, qualiter renouandæ, vel delendæ. Cap. XXXV.

**S**i quæ sacræ tabulæ, imaginesve pictæ, nimia vetustate, carie, situ, aut sordibus penè deletæ, indecenti aspectu sunt; eas Episcopus pia, religiosaq; pictura, ab ijs quorum interest, renouari iubeat; aut, si id non potest, omnino deleri.

Quæ tabulæ imaginum, & qualiter comburendæ, & earum cineres reponendæ. Cap. XXXVII.

**N**e tabulæ, sanctorum imaginibus expressæ, vetustate consumptæ, in vilis, & sordidum, profanumq; usum conuertantur; sed, ut de altaris pedibus, ac uelis, a temporis usura penè confectis, Beati Clementis Pontificis, & martyris decreto, sancitum est; in ignem conijciantur: Tum cineres præsertim, ne pedibus inquinentur, in pavementi fossis collocentur.

Imagines sculptæ quæ, & ubi, sub solo collocandæ. Cap. XXXVIII.

**I**magines quoq; sacræ sculptæ, si deformatæ sint, amoveantur; & sub pavimento Ecclesiæ, aut saltem sub cæmeterij solo collocentur.

De sanctorum intercessione eorumque, & sacrarum reliquiarum, ac imaginum veneratione, populus qualiter sit erudiendus. Cap. XXXIX.

**C**uret præterea, atque adeo efficiat Episcopus, ut & per se, & per alios, Theologiæ scientia peritos; ac illos in primis, qui illius interpretandæ, aut populi docendæ munus, in vna quavis Ecclesiâ quouis modo sustinent; fidelibus accuratè, enucleatèq; exponantur quæcunque, & de sanctorum intercessione, inuocatione, & atque cultu, & de sacrarum reliquiarum imaginumq; ueneratione, & de historijs mysteriorum nostræ redemptionis, pictura, aliave similitudine expressis, eos, instrui, doceriq; Tridentina Occumenica synodus iussit. <sup>d</sup>

qui ab initio, Deo placuerunt, anathema.

<sup>e</sup> Quantum afferat utilitatis sacrarum pictura imaginum, inter cætera, vid. quæ scribuntur in Synod. Nicen. 7. alias. 2. act. 4. de S. Gregorio Nissen. & de B. Asterio, ille enim Historiam Abraham in Gen 22. sapius legendo, certamen intuens, vim lacrimarum effudit. Tom. 3.

<sup>d</sup> Decreto supra sæpius citato.

a Silu. in sum. ver. Benedi. n. 7. pa. 1. b Ad hoc pter Cõcil. Trid. Sess. 25. i Decreto superius citato. vi de syno. 7. Nicen. act. j. Cã. 4. Tom. 3. Cuius hæc sunt verba.

Qui ex alo Chri stianũ po pulũ nõ docet, veneratione sancta rã, & honorabiliũ imagi nũ oium sãctorũ,

Sanctorum, quorum reliquiæ insignes, vel altaria, in Ecclesia habentur, qualiter ibidem officium duplex recitetur. Cap. XL.

**D**E Sancto, cuius sacrum Corpus, aut caput, aut brachium, aut crux, aliæve sacræ reliquiæ, Episcopi iudicio insignes, aservantur; duplex officium fiat, in ea tantum Ecclesia, ubi reconduntur: nec uerò in alijs, nisi regulis Breuiarij Romani id præscribatur, aut alia causa grauis, Episcopi iudicio, insit.

De sanctis item, quorum altaria, in aliqua Ecclesia sunt, duplex in ea tantum Ecclesia fiat: idque, tunc solum, quando, scilicet, ex antiqua probataque consuetudine, uel iusta alia causa Episcopus censuerit faciendum.

Beatorum, scilicet qui nondum in cathalogo Sanctorum ritè non sunt, quando officium non fiat. Cap. XLI.

**D**E ijs, qui Beati dicuntur, neque Sedis Apostolicæ auctoritate in Sanctorum numero adscripti sunt, horarium diuinarum præcum officium ne fiat; nisi consulta eadem Sede Apostolica, facultateque literis pontificijs concessa.

Sacræ reliquiæ ad ægrotos non exportandæ.  
Cap. XLII.

**N**E sacræ reliquiæ, in Ecclesia, eiusve sacristia reconditæ, è loco, ubi asseruantur, ad ægrotos ullo modo exportentur; ne consuetudinis quidem prætextu.

Qui sacras reliquias extra, vel intra diœcesim, aliò transferunt, vel laicis impertiunt, ac recipientes, qualiter excommunicantur. Cap. XLIII.

**N**E sine Episcopi concessu, facultateve literis consignata, extra diœcesim sacras reliquias asportari; nec uerò quæ etiam aliunde allatæ sunt, intra diœcesis quoque fines, ab una Ecclesia, eiusve Rectore, etiam de consensu Capituli, alteri Ecclesiæ donari, minus uerò cuiquam Ecclesiastico, aut laico homini eorum particulam aliquam priuatim concedi, tradi, donariue, liceat; proposita excommunicationis pœna, quam subeat, tum is, qui dederit, concesserit ue, tum ille, qui acceperit, vel asportarit etiam Ecclesiæ suæ nomine. Idque, omne, quod de reliquijs, neque dandis, neque transferendis, hoc decreto alijs præceptum est; ut regulares etiam, atque exempti seruent; eos in Domino monemus.

De hoc  
Bul. speciatim.  
Greg. P.  
XIII.  
Feb. 15.  
1583.

DE OBSERVATIONE  
ieiuniorum. Tit. XXIX.

## Cap. I.



**S**ANCTA Tridentina Synodus pastores omnes hortatur, atque obtestatur, a vt omnem adhibeant diligentiam ad fideles cohortandos, ut ea, quæ ad domandam carnem conducunt, b prefertim ciborum delectum, & ieiunium omni studio amplectantur. Itaq; eius nos auctoritati, & Sanctorum Canonum decretis innitentes edicimus.

Quale, & à quibus Quadragesimæ, Sacrorum quatuor temporum quorumq; vigiliarum diebus ieiunium sit seruandum.

## Cap. I I.

**V**T omnes carne, ceterisq; omnibus, quæ à carne trahunt originem, c vt ouis, lacte, caseo, butyro, & huiusmodi per totam Quadragesimam abstineant; vbi non est priuilegium, vel consuetudo antiquissima in contrarium.

Sciantq; singulis Quadragesimæ diebus, Dominicis exceptis, a ieiunij lege se obstrictos esse. Sunt enim illi quadraginta dies, quasi totius anni decima quadam, quæ in oblatione ieiunij, e pro fidelium omnium salute, Deo consecratur.

Ut per sacra quatuor anni tempora, Vigiliis Natiuitatis Domini, c Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, Beatorum Apostolorum (exceptis Iohannis Euangelistæ, & Philippi, & Iacobi Vigilijs) item Diei festi omnium Sanctorum, Natiuitatis Iohannis Baptistæ, & Beati Laurentij, ac Beati Gaudentij nostri Patroni ieiunium seruent.

Ne quidem primi quatuor quadragesimæ dies, ne ieiuentur permittitur. Cap. I I I.

**I**llorum verò damnamus ingluuiem, qui primis quatuor Quadragesimæ diebus, Romanæ Ecclesiæ more institutis, Mediolanum se conserunt, patriarum in ieiunio, & ciborum abstinentia fugientes.

Quomodo, & quo fine ieiunandum. Quibusque subest legitima causa ne ieiuent, quorum licentia nitantur.

## Cap. I I I I.

**C**aveant autem ieiunij cultores, ne dum vetitis cibis abstinent, & aliarum rerum delicias, luxuriamq; conserentur: immò verò modera-

aSess. 25.  
i decr. de  
dlectu ci  
boru iei  
iun. &c.  
byi. The  
od. Pel  
tan. soci  
Iesu The  
ol. erudi  
tissim. in  
tract. De  
trib<sup>9</sup> bo  
norum.  
oper gē.  
lib. 2. vbi  
de ieiunio,  
& ciborum  
delectu fu  
se lateq;  
differit.  
c c. Deni  
que. 4. d.  
Petr. dif  
lib. 2. de  
ieiun. c. 4.  
d In Pa  
radiso  
primā,  
de ieiunio  
legē  
constitu  
tā fuisse,  
probat.  
D. Amb.  
in serm.  
de ieiun.  
relat. in  
ca. Sexto  
dic. 35. d.  
eQuotup  
plex sit  
ieiunij,  
& Qua  
dragesi  
male qua  
te fuerit  
ordina  
tum. vid.  
Viguer.  
De virtu  
te tēperā  
tię. c. 7. §.  
2. ver. 1.  
vbi de  
abstinen  
tia agit.  
fc. 2. co. i  
Decreta.  
g d. c. De  
niq; 4. d.  
c. Ecclef.  
Prine. cū  
seq. d. 35.

to cibo, & potu carnis vitia coerceant, vt liberi, mentes ad cœlestium rerum amorem, & contemplationem erigant; & ad pietatis opera expediti inueniantur.

Ab his autem omnibus eos excipimus, quos vrgens necessitas, vel imbecilla ætas, à ieiunij lege eximit: eos etiam, qui euidentis morbi, alteriusve iustæ causæ excusationem habent: Sed horum iudicium Episcopo tantum, vel ijs, quos ei muneri ipse præfecerit, scripto faciendum relinquimus: id quod, quod ad morbum attinet, de medici consilio.

Carnis ieiunium alio spiritus, bonisq; operibus qualiter associandum. Cap. V.

**Q**uod autem ex diuinarum literarum sententia parum homini prodest, si se per ieiunium cibo temperasse, si animus in peccatis sit intemperans: idcirco fideles in ieiunio præcipuè studeant, vt, dum caro ab alimentis abstinet, mens pariter à culpa ieiunet; omnesq; in Deo laudibus, eleemosynis, alijsq; pijs officijs occupentur, hoc est enim ieiunium, quod se Dominus Isaiæ ore delegisse testatur.

Quibus in Quadragesima cibi vetiti permittuntur, qualiter, vt seorsum manducant, admonendi. Cap. VI.

**Q**uibus ob infirmam valetudinem, aut ob aliam iustam causam permissum erit, Quadragesimæ diebus, carne, aut alijs eo tempore vetitis cibis vesci, eos Parochi piè illud admoneant, nè publicè, neque etiam cum domesticis, sed separatim in remotiori adiuu loco, eius generis cibum capiant; ut ob corporis imbecillitatem, aut morbum potius, quo laborant, quàm ob in gluiem facere cognoscantur.

Vt sacrorum quatuor temporum cultus dignè celebretur, quando parochus populis denuntiet, & concionetur.

Cap. VII.

**S**acra quatuor ieiuniorum tempora, ex Sancti spiritus doctrina salutariter instituta, sicut olim, & frequenti fidelium conuentu, & solenni celebritate, & religioso supplicationum officio, colebantur; ita in illorum cultum pastorali cura eruditæ fidelium mentibus, in usum antiquæ pietatis reuocanda sunt. Quare in omni nostræ Diocesis Ecclesia Parochiali, nõ solum die Dominico, illa tempora præcedenti, sed etiam ubi populus erit frequens, & commode id præstari poterit, feria quarta proximè sequenti, eo de genere concionem inter sacrum haberi statuimus; qua fideles excitati, solennibus his ferijs, quarta scilicet, sexta, & Sabbarbo, pro antiquæ deuotionis consuetudine, frequentiores missæ sacro, diuinisq; officijs, ut in Moguntino Concilio primo cautum est, intersint; orationes, ieiunia, eleemosynas, ceteraq; pietatis opera præstent; quibus, quod specialius illæ feriæ præstituta sunt,

a Cibo-  
rũ tẽpe-  
rãtia sa-  
lutẽ, abũ-  
dãtia ve-  
rò cõtra-  
rium pa-  
rit. c. Ni-  
hil enim  
de cõsec.  
dist. 5.  
vbi pul-  
chrè cõ-  
mendat,  
modera-  
ta refe-  
ctio. &  
beac dã-  
natur in  
glauies.  
b Ieiun-  
niũ ma-  
gnũ est  
abstine-  
re ab ini-  
quitatib.  
et ab illi-  
citis volu-  
ptatibus  
sẽculi. c.  
Ieiuniũ.  
de conf.  
dist. 5.  
c S. Leo  
Papa in  
serm. 4.  
de Qua-  
drag.

De ieiunio  
quatuor. vid.  
c. 2. cũ se-  
quentib.  
dist. 76.  
Mogunt.  
Cõcil. tẽ-  
pore Ca-  
roli ma-  
gni c. 34.  
Tom. 3.  
& c. 35.  
vbi cõtẽ-  
nẽtes a-  
nathema-  
tizantur.

ed vebe-

ed vehementiori christiana uirtutis contentione ad illa paratos esse oportet. Ad quam diligentiam parochi praeter ea fidelium charitatem omni religioso proposito ita praeparare studeant, ut unanimiter, auxiliante Christo, statarum illarum feriarum solennitatem, religiosa piorum operum sollicitudine celebrantes, Sabbatho sub uesperum frequentissimi ad Ecclesiam, ut pia consuetudinis fuit, conueniant: ubi sanctis precibus, cum pro sacra ordinatione, tum pro his commodis, quae singulorum annorum reuolutione consequimur, omnium bonorum largitori Deo gratia habeatur; sicut & instituta illorum temporum ratio, & christiana religionis cultus deposcit.

Prædictæ denuntiationis, quæ formula sit habenda.

Cap. VIII.

par. i. tit.  
de sacris  
quatuor  
tempor.

**I**dem statis ijs temporibus, populo denuntiandis formulam, ex Sanctissimi Pontificis Leonis primi uerbis conceptam adhibeant: cuius sententiam, etiam uulgari sermone explicent uberius: quæ formula in Concilio Quarto Provinciali habetur.

Quando, & quæ uulgari sermone, populis pro obseruatione quadragesimali erunt promulganda. Cap. IX.

**V**T tempus quadragesimale sacrum, tamq̄ religiosum, in quo colendo sancte q̄ obseruando ueterum pietas mirificè admodum eluxit, à diuinitate nostræ fidelibus, maioris obseruantia studio, abstinentia, ieiunijs, elemosynarum largitionibus, oratione, continentia, carnis maceratione, omniq̄ salutaris pœnitentiæ disciplina colatur; hæc ut infra sancimus, atque edicimus; præter ea, quæ super sancita, & constituta sunt. Quæ omnia uulgari sermone reddita, quotannis die Dominico Quadragesimæ initium proximè antecedente, populo in omni parochiali Ecclesia proponantur, ac promulgentur: ita tamen, ut ijs ipsis ab Episcopo, pro arbitrato suo, addi liceat.

Quadragesima, à quibus abstinendum: & si erunt excusabiles, qua eis licentia in scriptis opus erit.

Cap. X.

**O**mnis igitur, quem uergens necessitas, uel imbecilla ætas à quadragesimali lege non eximit, quocumque etiam gradu, ordine, potestate, dignitate uel prædicitus sit; carne, ceterisq̄ omnibus, quæ, ut supra cautum est, à carne originem trahunt, utpotè ouis, lacte, caseo, butyro, & alijs id generis, toto quadragesimæ tempore, abstineat: ijs exceptis, quos obstatas causas Episcopus, aut illi, quibus eam curam ipse delegarit, facultate, ut infra eaq̄ scripta, speciatim excusarint.

Non le-

Non legitimè impeditis ieiunium quadragesimale sub reatu peccati mortalis indictum est, cæteris verò, vendentes ad uescendum uetita, quæ (aliter plectendæ) obseruent. Cap. XI.

**O**mnis præterea, quicumq; sit, qui ieiunij lege astrictus est, singulis quadragesimæ diebus, Dominicis exceptis, ieiunium seruet: alioquin in peccato mortale alligatum se esse nosse debet.

Ne cibi uetiti, ad ægrotantium, imbecilliumq; hominum usum, passim uenales publice exponantur, sed certis tantùm constitutis locis.

Ne tabernarum ualuis omnino patentibus, sed magna parte clausis, uendi liceat.

Ne in foro, aut in uia publicè unquam exponantur; ne à rusticis, quidem, alijsve cuiusuis generis hominibus.

Neque passim item ab omnibus uendi fas sit, sed ab ijs solùm, quibus facultatem, literis exaratum Episcopus permiserit.

Nec uerò omne carnis genus ab ijs uendi liceat; sed vitelinum, aliudve, quod vsui sit ægrotantium corpori.

Neque omnibus uendatur licet; sed ijs solùm, qui scriptum ab Episcopo facultatem habuerint. Qua facultas, etiam nullo tempore prefinito data, tunc planè extincta sit, cum primùm causa, ob quam data est, cessarit. At uerò si decem dierum spatio diuturnior causa erit; iterum ea facultas impetretur: alioquin rescissa sit. Idem deinceps decimo saltem quoq; die fiat, quandiu opus erit; nisi infirmitas sit perpetua, aut longa.

Nec uerò sine ea scripta facultate, ac sigillatim, nominatimq; data, caupones, tabernarij, & alijs, qui cenaculariam faciunt, eos uetitos in Quadragesima cibos, uendant, uenalesve exponant, etiam hospitibus, peregrinis, Viatoribusve, quales, quales sint: Nec uerò eos mensæ apponant.

Nec præterea illos alio loco coctos, condimentisve apparatus, non modò in caupona, taberna, hospitiove suo, aut loco, curæ suæ subiecto cuiquam permittant; sed ne aliunde quidem apportari, ne dum in mensa apponi patiantur.

Quicumque uerò contra sanctionis huius capita quicquam contrafecerit, is, pœnis, multisve, in locorum piorum usum erogandis, & censuris, alijsq; canonum iure, & pontificijs constitutionibus, omniq; alio modo contra Quadragesimæ uiolutores, sancitis pœnis, uel alijs, quas pro personæ ratione, & culpe, contumaciæve grauitate Episcopus, arbitratus suo, irrogandas censuerit, efficiatur.

Ieiuniorum, pœnitentiæ, & processionum temporibus, de quibus per parochos, & concionatores populus enixè monendus est. Cap. XII.

**P**arochus, & concionatores item, ut occasio tulerit, omni uerborum uim, omniq; suasionem accendant populos, ut ijs Quadragesimalibus, alijsve

Concil.  
Mogunt.  
sub AF-

ieiunij,



chiep.  
Sebast.  
c. 47. tit.  
de ieiunio,  
&  
delectu  
ciborū.

ieiunij, pœnitentiæ, & publicæ supplicationis diebus, fideles se uita disciplinâ seueriori astringant; sanctisq; institutis, & moribus, sacro illi tempore convenientibus se, suosq; qui patres familias sunt, quàm rectissime in omnibus partes conforment.

Pretiosas uestes non induant, sed amictum si non humilem, & demissum omnino, ac cum pœnitentiæ, ieiunijq; tempore congruentem.

Simultatem, odium, inimicitias, rixas deponant; pacem cum omnibus concilient.

Carnis uim, impetum, non modò religiosa abstinentiæ, ieiunijq; lege, sed cilicio, & uerberationis disciplinæ coerceant; & humi aliquando cubent; ut à p̄ys etiam laicis factum esse, memoriæ proditum est.

Cum autem id olim obseruatum sit, ut per totam Quadragesimam ab uxore fideles abstinerent, ad Elibertani canonis prescriptum; meminerint, qui matrimonio iuncti sunt, studendum sibi, ut eo sacro tempore, mutuo consensu diebus saltem Dominicis abstineant; ut hoc de genere sanctissimi Pontificis Nicolai primi rescriptum extat.

Prædictis temporibus, à quibus abstinendum, & quid, à populis salubriter præstandum sit. Cap. XIII.

**O**MNI tempore à iocis christianum hominem abstinere conuenit; ac Quadragesimæ, ac ieiunij tempore, tantò diligentius, quantum frequentius, studiosiusq; orationi, abstinentiæ, omniq; pœnitentiæ generi incumbendum est, à iocis igitur, à uerborum scurilitate, à colloquio inani, otioso, longeq; cautius à noxiis, & criminosis se continere sacro pœnitentiæ tempore studeat; ut Pontificis, Apostolicoq; illo rescripto cauetur, & Ecclesia in suis hymnis quotidie nos admonet.

A uenationibus item, ut eodem rescripto continetur, abstineat item, eo ipso Quadragesimali tempore; quo neque carne uesci, neque adeo carnalium consecrari licet.

Ciborum Quadragesimalium suauitates, ac delicias ne exquirat; nec multiplici epularum apparatus mensam extruat, sed frugalem parsimoniam adhibeat.

Conuiuia autem in Quadragesima non condicat, nec uerò apparet, nè Dominicis quidem diebus, ut idem Nicolaus Pontifex rescribit.

In orationis studio frequentior sit: dolenter peccata, & sua, & aliena lugeat; pro quibus Dei misericordiam omni pietatis, continentiaq; officio imploret.

Elemosynas, cum per facultates potest, uberiores pauperibus, egentibusq; in sustentationem conferat, in aliisq; pietatis officia, atque opera liberali charitate eroget.

Oblationes offerat largiores.

Frequentius ad Ecclesiam conueniat; Psalmis, Hymnis, Canticis spiritualibus,

tualibus, precumq; diuinis officijs, omni attentione, & religiosa meditatione assidat.

Missa sacrificio quotidie intersit, alia omni negotiatione posthabita.

Diuinis colloquijs, sacrifq; concionibus presens adsit.

Aegroti, cum per inualetudinem corporis ieiunare non possint, quodam intimi animi dolore, gemituq;, (vt Sanctus Augustinus monet) cibum capiant, pro eo, quod alijs ieiunantibus, ipsi abstinere non possint.

Qualiter prætextu diei festi ieiunia non omittenda.

Cap. X I I I I.

**S**I quando dies festus Sancti, sanctæve, cuius celebritas à Clero, populoq; colitur, in diem vigilia, ieiunijq;, incidit, quod ex præcepto Ecclesiæ seruetur; nè fideles ob festi diei solennitatem, quam agunt, id quod à plerisq; committi ad nos delatum est, ieiunium ullo modo violent, sed vt instituti ratio, Ecclesiæq;, matris præceptio postulat, rectè, pieq;, colant. Quare Episcopus, si quid istiusmodi in sua diæcesi patrari, committiue animaduertit; huic graui peccato, & offensionis, omni pastoralis officij sui ratione occurrere quàm diligentissimè studeat.

## DE PURIFICATIONE POST partum. Tit. XXX.

Qualiter puerperæ ad Ecclesiam, vt benedicantur, gratæ quam primum accedant. Cap. I.

**M**oneant parochi puerperas, vt cum primùm post partum domo exierint, mox ad Ecclesiam, Deo actura gratias, accedant; vbi benedictionem à parochio suscipiant.

Puerperæ domi ne benedicantur, nec eisdem panis benedictus præbeatur. Cap. II.



**A**D preces, quæ supra puerperam funduntur, cum post prolem emissam, illa actura gratias, ad Ecclesiam se confert; parochus puerperæ domum nè ingrediatur, etiam si mulier ob aduersam valetudinem Ecclesiam adire nequeat.

Fæminis præterea, post puerperium ad Ecclesiam venientibus, panis benedictus, sub Hostiæ formæ nè præbeatur.

DE ECCLESIIS AEDIFICANDIS  
vel reparandis. Tit. XXXI.

Populi quibus alibi degentibus parochus nocte ministrare non potest, quomodo aliæ parochiæ, uel nouæ erigendæ assignanti. Cap. I.

c. Ad audiētiā,  
ead. tit.  
in Decretal.



Concil.  
Trident.  
Sess. 21.  
c. de re-  
for. 4.

**Q**UAE parochiales Ecclesiæ partem habent sui populi extramœnia urbium, uel oppidorum, uel alibi; quò fiat, ut parochus, præsertim nocturno tempore, illis hominibus Sacramenta commodè administrare non possit; in illis Episcopus, aut eam partem commodiori parochiæ vniat; aut etiam inuitis Rectoribus, ex constitutione Alexandri III. & decreto Concilij Tridentini, nouas constituat parochias.

Victui noui rectoris nouæ Ecclesiæ, qualiter prouidendum.  
Cap. I I.

d. c. 4.

**I**LLIS autem sacerdotibus, qui de nouo erunt Ecclesijs recenter erectis præficiendi, congruens assignetur portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocunque pertinentibus, & si necesse erit, compellant populum ad ea subministranda, quæ sufficiant ad uitam noui rectoris sustentandam.

Quæ Ecclesiæ, & altaria restauranda, uel demolienda, materiaque non in profanos vsus transferenda. Cap. III.

Sess. 21.  
c. de re-  
for. c. 7.  
c. Quæ se-  
mel. 19.  
q. 3. & c.  
semel  
Deo, de  
reg. iur.  
lib. 6.  
vide. inf.  
co. c. 34.

**E**CCLIAS quasunque siue curatas, siue non curatas, sacella, & oratoria diruta Episcopus ad eam rationem, quæ à sancta Tridentina synodo præscripta est, restituenda, uel aliò transferenda curet: lapides, cæmentum, & omnis materia eorum locorum ad profana ædificia nò adhibeantur; nisi Episcopi auctoritas ex iusta causa interceperit. Quod enim semel Deo consecratum est, ad priuatos hominum vsus transferri non debet. Altaria etiam, quæ extra Ecclesiam, & quæ sub dio, nec septa, aut munita sunt, Episcopus aut sapienda, si fieri possit, aut demolienda curet.

Qualiter laicorum ædes Ecclesiam attingentes, fenestræ que intro inspicientes quibusuis non habendæ.

Cap. I I I I.

**I**LLud curet Episcopus, ut ne laicorum hominum ædes in posterum ædificentur, quæ Ecclesiarum parietes vlla ex parte attingant.  
Si quæ uerò fenestræ, siue Ecclesiasticarum, siue laicarum ædium in ipsa

Ecclesia-

Ecclesiarum parietibus insunt, unde in Ecclesias conspectus sit; quamprimum muro obstruantur.

Gloriosum crucis signum in triuijs, & alibi qualiter erigendum: Non que sordido loco exprimentum. Cap. V.

**C**hrisiana pietatis ornamentum, in quo populum fidelem gloriari oportet, altare est cælestis holocausti, Sacrosancta illa arbor Crucis, in qua auctor humana redemptionis pependit Christus Dominus. Quamobrem ad Christiana religionis gloriam insignis admodum fuit ea ueterum pietas, ut Crucis signum non in templis solum, sed domi, forisq; in parietibus, ac ueslibulis passimq; in urbe expressum apparet; tanquam, & præclarum populi Christiani tropheum, & clarissimum diuinæ misericordiæ monimentum, & sempiternum deniq; testimonium, quo palam fieret, fideles cum inimicis Crucis Christi, Iudæis, Ethnicis, & Hereticis nihil habere commune, sed contra eos omnes liberè profiteri, quem colunt, Dominum Iesum, & hunc Crucifixum. Hoc igitur maiorum religioso exemplo Parochi curent; ut hoc Sacrosanctæ Crucis insigne, uel ligno, uel lapide, uel ubi commodè per facultates fieri potest, marmore expressum in urbe, & diæcesi, ubi triuia frequentiora sunt, publicè proponatur, atque erigatur: quò crebrius, perspecta ea sacre Crucis arbore, fideles se se erigant, tum ad summi mysterij, in ea peracti, gratiam memoriam; tum ad ueram illam gloriam, ad quam Christo duce, populus fidelis, qui populus est acquisitionis, contendere debet.

Quod præterea aliàs sancitum est, id pro sacrosanctæ Crucis cultu, & ueneratione seruari, omnes curent, ut ne ea humi exprimat, ne ue sordidis, & aliqua labe inquinatis locis.

Supra de  
reliq;is,  
& ven.  
Sanct.  
c. 31.

Qualiter in Ecclesijs consecratis, quid noui sine licentia non ædificandum. Cap. VI.

**N**E in Ecclesia, que consecrata sit, nisi Episcopi concessu, ædificijq; forma ab eodem prescripta, quicquam noui ædificij fiat: non Cappellæ item, non altaria, ut Canonum iure sancitum est.

Quæcunque ad Ecclesiarum, Cappellarum, Altarium ædificationem, & ornatum, ad sacrorum indumentorum, vestiumue apparatus, ad omnem sacrorum uasorum suppellectilem, & ad alia eius generis pertinent; ea ædificentur, construantur, & fiant ad prescriptam formam; quæ instructionibus Cardinalis Borromei, eo nomine ad communem Prouinciæ usum, confectis, exprimitur. Id uerò omne seruetur, quantum per facultates præstari licet; nisi aliquando Episcopus aliqua de causa aliter censuerit.

De ædibus laicorum, & præcipuè fordiolis etiam ecclesiasticorum hærentibus Ecclesiæ parietibus nunc, & in posterum quid fiendum. Cap. VII.

**S**I que ades, ædificia ue cuiusuis generis à laicis constructa sunt, que uel Ecclesiæ, uel Oratorij, parietibus continentia, innixaq; hæreant; qua au-

toritate,

toritate, quoque iure ædificata sint, cognoscat Episcopus: idq̄, sibi ostendi ab eis iubeat, qui ædificarint, ædificari ve curarint: Si quæ autem iure ædificata non demonstrarint, ea asportari, amoueri, dirui ve mandet; nisi Ecclesiæ, cui continentia hærent, vsui, dominorum consensu, attribuenda potius censeat.

Si autem iure constructa sunt, eaq̄, ædificia, aut stabula, aut loca sordido vsui accommodata, additæque sunt; ea dissectis, & amotis sordibus ad honestiorem vsum conuerti, Episcopus iubeat: hocq̄, ipsum à Parochis item, & alijs præstari mandet, etiam in ædibus Ecclesiasticis.

Neque in posterum à laicis ita ædificari, aut ædificata ad sordidum vsum à quibusuis adhiberi Episcopus permittat.

In atrio Verò Ecclesiæ ullo modo ædificari à laicis nè permittat, ut canonum iure interdictum est.

Noua Ecclesia, qualiter, & cum licentia sit ædificanda.

Cap. VIIII.

**N**oua Ecclesia nè ædificetur inconsulto Episcopo, & scripta facultate ab eo non impetrata; qui præter alia, quæ in nouis eiusmodi ædificationibus requiruntur, videat in primis diligenter, an situs dectus honestus ve sit; an capax populi; an item disiunctus ab ædibus, ut possit circumdari; curetq̄, omnino ita illam ædificari, ut in omnibus, & per omnia seruentur tradita, à Sanctæ memoriæ Cardinale Borromeo in Concilio Quarto, & in libello de fabrica Ecclesiastica, in quo omnia, quæ ad Ecclesiam ædificandam pertinent, luculenter tractat.

C A P. I X.

**C**appellarum, & Altarium locus, nè in vlla quauis Ecclesia, quouis nomine, cuiquam, absque Episcopi auctoritate, detur.

Quæ Altaria amouenda sint. Cap. X.

**A**ltaria omnia amoueantur, quæ subter suggestum, aut organum constructa sunt; aut columnæ pilæ ve hærentia; aut aduersa altari minoris; aut Ecclesiæ ianuis nimis propinqua; aut aliàs quauis ratione incommoda, aut periculosa, Episcopi iudicio, sunt.

Prædictorum altarium, emolumenta ad alia altaria transferenda. Cap. IX.

**O**blationes autem, & onera, emolumenta ve, & iura altarium, quæ amouebuntur, ad alia altaria eiusdem Episcopi sententia, transferantur.

Vnde

Vnde iam amota fuerunt vt supra, nè denuo ibi permittantur altaria. Cap. XII.

**N**EC verò deinceps, in eiusmodi locis, vlla quauis causa, altaria construere Episcopus permittat: neque alio modo liceat.

Quomodo mensæ Petra sacrata est inferenda. Cap. XIII.

**P**etra sacrata ita mensæ altaris inseratur, vt nullum offensionis calicis periculum adeatur: tactu tamen digiti possit dignosci.

Vnum quodq; altare sua requisita habeat. Cap. XIII.

**H**abeat vnumquodq; altare propria indumenta, ac ornamenta, & suppellectilem omnem, tum ad eius cultum, & usum; tum ad missæ sacrificium in eo religiosè, decoreq; peragendum.

Vnusquisq; de debita sui altaris suppellectili, & alijs prouideat. Cap. XV.

**N**EC verò quisquam etiam Canonicus, aut alius maiori gradu, dignitateve in Ecclesia ulla præditus, excusetur, quominus altare suum, capellamve, quam obtinet, instruat, ornetq;, ac propriam illis indumentorum, & reliquam omnem suppellectilem comparet, ad idem præscriptum; etiam si in eadem ecclesia sit altare, in qua ipse canonicatum, aut dignitatem obtinet; aut etiam eidem canonicatui, uel dignitati, eiusve præbendæ, vniõnis iure, uel alio quouis, annexa sit capella, vel altare illud.

Episcopus qualiter, vt capellæ, & altaria construantur, & eis prouideatur, ad quos spectat, ratione redditus, vel aliter compellat. Cap. XVI.

**A**D capellas, & altaria construenda, uel ornanda, uel reconcinnanda, uel alijs rebus, tum suppellectili etiam opportuna instruenda, ex præscripto instructionum fabrica, si redditus, debiti ministerij, & aliarum rerum necessariam impensam superabunt; Episcopus totum illud, quod super est, aut partem, arbitrato suo, transferrat; nisi aut alij sint, qui iure debeant hæc omnia præstare; aut alia, Episcopi iudicio, opportunior ratio videatur, unde id fiat, quam ipse iniri iubeat; atque ut id efficiatur, quod præscriptum est, omni iuris ratione eos, qui debent, compellat.

Vbi redditus pro necessarijs prædictorum non sufficiant, quomodo seruitia suspendantur, ut prouideatur. Cap. XVII.

**S**I verò alia ratione id præstari, aut absolui, ac perfici posse Episcopus non viderit; subtrahat interea per aliquod tēpus, aliqua ex parte, uel etiã,

si opus erit, totum seruitium, redditum verò, vel pecuniam seruitio attributam impensa applicet, quæ necessaria est ad illud seruitium, religiosè, decorèq; explendum.

Episcopus qualiter librum, in quo omnia suæ diocesis altaria, eorumq; tituli, emolumenta, iura, & onera sint descripta, perpetuò habeat. Cap. XVIII.

**E** piscopali cura diligenter cauendum est, vt cum altarium, onerum, iuriumq; ad ea pertinentium, tum etiam titularum, qui interdum plures vni solùm altari attribuuntur, memoriæ consultum sit perpetuò: Ea enim, quemadmodum sæpè euenisse compertum est, & breui, & facile perirent, non solùm quia ob varias causas illa aliquando amouentur; transferunturve; verùm quoniam ob accessiones, diminutionesq; ijs aliquando factas, onera etiam eisdem adiuncta, nonnunquam commutantur, & crebrius item de ijs ipsis oneribus ab Episcopo interdum ob alias causas, etiam ex decreto Tridentino statuitur, decerniturve.

Quamobrem Episcopus librum, eumq; certum, ac perpetuum confici, illumq; in Archiuo Episcopali, diligenter asseruari mandet. Quo in libro, anni spatio, altarium omnium, quæ in singulis vrbis, & diocesis Ecclesijs, iurisdictioni suæ, aut uisitationi, etiam si quouis modo illa alijs exempta sint, subiectis, collocata sunt, tituli, & emolumenta item, iura, onera, si quæ habent, sigillatim ordine, rectèq; describantur.

Altaria, nedum translata, sed quæ transferentur, & illorum tituli, iura, & onera qualiter vsupra describenda.

Cap. XIX.

**A** ltaria præterea omnia, & singula notentur, non solùm quæ, uel ex hominum memoria, uel ex alijs monumentis, scriptisve ad illa, ipsa iam aliàs translata esse, cognosci aliquò modo potest; Verùm etiam, quæ in posterum, quauis de causa, eodem transferuntur, descriptis pariter illorum titulis, iuribus, atq; oneribus.

Item quod emolumentis, & oneribus accesserit, annotetur.

Cap. XX.

**T** VM etiam accuratè suo loco notetur, si quid deinceps emolumentis, aut oneribus ex legato, aliove nomine accesserit.

Item illorum onerum commutatio, diminutioq; describatur.

Cap. XXI.

**R** Vrsus onerum commutationes, diminutionesve, si quæ fient, nominatim describantur; ac deniq; quæcumq; de ijs ipsis, ob missarum numerum, obq; elemosynarum tenuitatem, etiam ex decreto Tridentino ab Episcopis, alijsve decerni, statuiq; contigerit.

Itidem-

Itidemque onera piorum legatorum. Cap. XXII.

**T**VM præterea certi illi dies, quibus eo Tridentino decreto, ob illam causam commemoratio pro mortuis faciendæ est, qui eo nomine pia legata reliquerunt.

Prædictorum onerum tabella qualiter habenda.

Cap. XXXIII.

**O**nera verò hoc libro notata, singula in tabellam referantur; quæ ex decreto provinciali de Ecclesiarum oneribus, in vniuscuiusque Ecclesiæ, illa habentis, sacristia affigi debet.

Idemque pro extruendis altaribus seruetur, quorum constructio qualiter denuntietur. Cap. XXXIII.

**H**OC ipso libro altaria etiam singula, quæ ex concessa ab Episcopo facultate in posterum extruentur, cum suis titulis, iuribus, emolumentis, atque oneribus accuratè describantur; facultate etiam illa in eum ipsum librum relata: Ideoque, qui ita extruxerit, & rector ecclesiæ Cancellario Episcopali, mensis spatio, ædificationem iam absolutam denuntiet.

Animalia quando altaribus non appendenda. Cap. XXV.

**N**E animalia, pisces grandiores, eorumve membra in ecclesijs appendantur; nisi quæ voti, aut piæ significationis causa, Episcopus permittenda censuerit.

Altaria qualiter tela cerata contegantur. Cap. XXVI.

**C**onsecratæ altarium mensæ totæ, licet aliqua ex parte lateritiæ sint, tela cerata ita contegantur, ut facile à mensa, tela non possit amoveri.

Altaria quando, & qualiter contegenda, pallioque & alijs munienda, & ornanda. Cap. XXVII.

**C**VM Ecclesiæ fores patent; tum altaria singula, & mappis tribus mundis, vna oblonga, quæ ad imam eorum partem pertingat, duabusque reliquis brevioribus vestita sint; ita ut gradus etiam ille ligneus, super altari à tergo collocatus, ab indumento nudus non sit, sed mappa munda totus sternatur; & pallio item coloris, quoad eius fieri potest, pro festi diei, feriæve ratione decenter eadem ornata; ac tela viridi, ne mappa pulvere, aliave sordè inquinentur, constrata, & præterea Cruce in medio collocata, & candelabris duobus instructa, atque ornata semper sint. Idque, quotidie in Ecclesijs, quæ frequentantur, in cæteris verò ecclesijs, festis saltem diebus.



Qualiter tabella secreta tenenda, & recondenda.

Cap. XXVIII.

**T**abella secretorum in vnoquoque altari sit item; ea tamen ratione, ut peracta missa, non erecta sit, sed depressa sub tela, mappave recondatur.

Oratoria, in quibus sacrum non fit, quomodo sine altari, oclusa, & ubi habenda sunt. Cap. XXIX.

**O**ratoria, ubi missæ sacrificium non fit, in vijs, & eiusmodi locis posita, altare nullum omnino habeant.

Valuis, & claue ab ostio muniantur: Quæ clavis à parochia custodiatur, intra cuius parochiæ fines posita illa sunt.

Extruantur non in campis, sed in via publica; ut iter facientes, eorum horum prospectu piè commoti, paululum præcando consistant.

Quæ oratoria si ita angusta sunt, ut ne ostij quidem ualuas, intus patentes, capiant; cancellis ligneis à parte anteriori sepiantur.

Sacræ imagines, qualiter in dictis oratorijs, & ut intro inspicere possint pingantur. Cap. XXX.

**E**t quoniam sacræ imagines, quæ in exteriori pariete oratorij exprimitur solent, cum ita expositæ sint, luto, sordere inquinari, vel indecentius, iniuriosiusq; tractari possint; nè extrinsecus in ipsis oratorij parietibus pingantur; aut alio modo exprimentur; nisi edito loco fiant, ubi ab omni labe integræ conseruentur. In ipsis uerò oratorijs intus aliqua omnino sacræ imago sit.

Quorum oratoriorum ostium, si è solido affere constabit, nec uerò cancellis erit compactum, fenestella in eo, ac duæ præterea, in pariete anteriori, scilicet, ab utraq; ostij parte sint, clathris ligneis saltem munitæ, ut intro à pretereuntibus possit sacræ ipsa imago inspicere, ac ueneratione coli.

Quæ pilæ cum sacræ imagine, vel Cruce in vijs proponendæ, & positæ conseruandæ. Cap. XXXI.

**P**ilæ quædam stræctiles, in uijs publicis constructæ, cum sacræ aliqua imagine, uel Cruce, edito loco pictæ, aliove modo expressa, à superioribus parte tectæ conseruentur, nè corruant.

Curreturq; item, ut aliæ eiusmodi pilæ ad hominum pietatem excitandam, certis congruis locis adificentur.

Pro necessaria instauratione: Ecclesiarum etiam ordinis Hierosolymitani redditus qualiter sequestrandis. Cap. XXXII.

**Q**uæ Ecclesiæ necesse est restituantur, atque instaurentur; earum omnium census parsve huic sumptui necessaria, etiam si equitibus ordinis

Hieroso-

Hierosolymitani obueniret, ab Episcopo, sequestri nomine apud uirum bonum deponi iubeatur; qui in illarum instauracionem, eiusdem iussu, erogetur.

Ecclesiæ, oratoriaque; quibus nulli sunt redditus, qua via instaurantur. Cap. XXXIII.

**Q**uæ uerò labentes, propeq; cadentes, nullum censum habent, unde restituantur, ciuitatis, municipij, lociue, ubi sita sunt, impensis instaurantur Episcopi cohortatione diligentij. Id omne de oratorijs etiam constitutum sit.

Materia, & pecuniæ ex ea Ecclesiæ profanata in quos usus de licentia conuertatur. Cap. XXXIII.

**L**apidēs, cæmentā, tigna, omnisq; materia Ecclesiæ diruta, profanatae, ad usum quoq; profanum, non sordidum tamen auerti, adhiberiq; arbitrato Episcopi, liceat. Pecunia uerò, quæ inde colligetur, illius etiam iudicio, in sumptus Ecclesiæ utiles conferatur.

Vid. sup. eo. c. 3.

Missarum munus, cæmeterijque ossa ecclesiæ profanata, qualiter, & cuius expensis transferenda, & sub eius titulo altare extruendum. Cap. XXXV.

**M**ISSARVM autem munus, quod in ea iam diruta præstandum erat, nisi Episcopus ad aliam potius legitima facultate transferre censuerit, ad Ecclesiam primariam, quam matricem uocant, transferatur; ubi illius, ad quem profanata Ecclesiæ census peruenit, impensis, altare sancti, sanctæue nomine extruatur, cuius titulo, quæ profanata est, nuncupabatur.

Illius porro cæmeterium ad eandem Ecclesiam transferatur, ad eundemq; locum ossa mortuorum asportentur.

Ubi erigendæ ueniant, qualiter etiam infra parochias regularium, nouæ parochiæ erigantur. Cap. XXXVI.

**Q**uibus locis, ex Conc. Tridentini præscripto parochias nouas institui, erigere liceat; Episcopus etiam in Parochijs, quæ regularium quouis modo sunt, illas constituat, certa fructuum portione attributa, ad præscriptum Constitutionis Pij V. Pontificis.

Sess. 21. c. 4. de refor. Subdat. calē. 9. Nouēb. 1597. in Bull. nu. 46.

Vt parochialium, rectorumq; necessitati succurratur, qui, & qualiter compellendi. Cap. XXXVII.

**C**um Ecclesiæ alicuius parochialis, eiusq; Rectoris necessitati Episcopus primitiarum, decimarumq; assignatione, aut Parochialium symbolis, colleclisue prouideri esse ex decreto Tridentino censuerit, ad id præ-

Sess. 24. c. 13. de refor.

standum illos, ex eiusdem Tridentini, & prouincialis decreti prescripto, compellat; propositis, arbitrato suo, pœnis, & censuris, atque etiam interdicto generali; præsertim ubi ipsi parochiales id præstare promiserint, sponderintve.

Cap. XXXVIII.

**C**VRET Episcopus, vt in vno quoque altari, in quo Missa celebranda est, crux adsit.

DE IMMUNITATE ECCLESIA-  
rum. Tit. XXXII.

Qualiter pro diuinis officijs campanæ pulsandæ, & ad illa progrediendum priusque orandum, & continuo in sacristia debitas vestes induendum.

Cap. I.



**C**V in ecclesiam ad diuina officia diurna, vel nocturna conueniendum erit, id campanæ sono significetur; ea interposita mora, qua omnes facile possint conuenire. Signo audito, qui dignitates in Ecclesia, etiam si præfati sint, personatusve, aut canonicatus habent, ceterique omnes, qui interesse debent, præparent se ad diuinas laudes; & maturè ad Ecclesiam progrediantur.

Ingressi in ecclesiam, factisque ad sacrosanctam Eucharistiam, vel ubi ea non seruatur, ad altare maius precibus, rectè in sacristiam proficiscantur.

Quo loco, retenta talari ueste, superpelliceum assumant, & reliquum vestitum ad sacrum munus necessarium; quod, ut seruos Dei decet, tacitè & modestè faciant.

Qualiter ad chorum accedatur, officiaque inchoentur, negligentefve puniantur. Cap. II.

**I**N ingressu chori ad matutinum, & alias horas, & diuina officia, is ordo seruetur.

Vt paulò post vltimum campanæ signum ad rem diuinam faciendam, uniuersis in sacristia paratis, pulsetur paruula campana, qua egressus Sacerdotum ad missas celebrandas significari solet; vt omnes, qui in Ecclesia, vel circum eam sunt, diuini officij celebrationem instare intelligant.

Postea omnes, de sacristia ordine procedentes exeant.

Et ubi se ad altare humiliter inclinarint, suum quisque locum in choro adent.

ibi sic-

Ibi flexis genibus, & submissa uoce saltem orationem Dominicam dicant. Deinde dato signo, uel pronunciatō, Pater noster: per Hebdomadariū ad initium officij omnes surgant, & officium inchoetur.

Qui uerò in Ecclesia, uel circum eam, aut in sacristia fuerit, & eo ordine chorum ingredi neglexerit, dimidia parte distributionum illius horæ priuetur; nisi aliqua de causa, quæ ei, qui choro præsidet, uel ordinario probetur, impeditus fuerit.

Si quis ausus fuerit inchoare officium priusquam eo ordine in chorum conuenerint; & distributionem illius horæ amittat, & grauiori etiam pœna ab Episcopo plectatur.

Si quis autem, alijs in choro iam consistentibus aduenerit, idem institutum seruet, & in sacristia, & in choro.

Si quis non uenerit ad matutinum, ante finem capituli de Beata Maria Virgine, cum de ipsa officium celebratur, alioqui ante finem Psalmi, Venite exultemus: in alijs etiam horis, ante finem primi Psalmi; pro absente habeatur, illiusq; horæ distributione careat.

In Missa uerò, nisi uenerit ante finem Ultimi Kyrie eleyson: eandem negligentiae pœnam subeat.

Si quis, cum possit initio officij, uel supplicationum conuenire, aduentum suum in extremum à nobis præfiniti temporis punctum, de industria distulerit; absentis loco habeatur.

In Ecclesia, dum celebrantur diuina, à quibus cauendum, aliàs puniendi, uel Episcopo deferendi. Cap. III.

**I**N Ecclesia, præsertim cum diuina celebrantur officia, uel uerbum Dei prædicatur, nemo hæc audeat:

Deambulare, nugari, circulos habere, negotijs operam dare.

Cum mulieribus, de quibus suspicio esse possit, colloqui.

Altaribus, fontibus baptismi, uel aquæ benedictæ adherere.

In limine, aut ante fores immorari.

Auersus ab Eucharistiæ Sacramento irreuerenter sedere, aut cum in missa suscollitur, stare.

Aut quouis modo diuina officia perturbare.

Aut irreuerenter in Ecclesia uersari.

Nè Clericus, aut alius quouis in Ecclesijs, earumue cœmeterio, atrio, vestibulo, aut porticu, foribusue quidquam uenale proponat; nè ad usum quidem sacrificij, uel Ecclesiæ futurum.

Nemini cum uenaticis canibus, uel uolucris in Ecclesiam ingredi liceat, neque hastam, uel sclopetos, baliſtas, aliave eiusdem generis in eam inferre.

Nè mendici eleemosynæ causa in Ecclesijs uagentur, sed extra ianuam consistant.

Vid. in Concil. Partien. sub Gregor. 4. lib. 2. c. 12. incip. Multi Ecclesiā ingressi. Tom. 3.

Concil. Aureliā. 3. c. 28. incip. De missis. Tom. 2.

Qui in horum aliquo deliquerit, à Rectore per se, uel per alium ecclesie ministrum moneatur: nisi paruerit, ab Ecclesia expellatur; si id commode fieri non possit, ad Episcopum deferatur, qui in eum, suo arbitratu, animaduertat: qui etiam Rectorum, & aliorum Ecclesie Ministrorum huius officij negligentiam coerceat, ad prescriptum bullæ Pij Quinti.

In Ecclesijs ne pernoctetur per rectores claudantur.

Cap. IIII.

**R**ECTOR cuiusvis Ecclesie, pernoctationes, aut nocturnas uigilias in ea post hac nemini permittat; sed sub noctis horam ecclesiarum fores claudat.

Neque ullo pacto quemquam præter Sacerdotes admittat; nisi nocte Natalis Christi Domini, cum matutinum, & missa celebrantur.

Neve patiatur, si fieri possit, populum ad eas excubare.

Qui contra fecerit, Episcopi arbitratu puniatur.

Pro confugientibus ad Ecclesiam, quando Episcopus consulatur, immunitasq; Ecclesiastica seruetur, sacrifq; vestibis, & campanis non utatur. Cap. V.

**S**ICUT Ecclesiastica immunitas, Dei præcepto, & Canonicis sanctionibus constituta, quam diligentissime custodienda est; neque permittendum, ut confugientibus ad Ecclesias, & loca sacra, aliqua uia contra sacros Canones inferatur; ita summopere cauendum, ne facinorosi, nisi necessariò ad ea, quasi ad asylum, in sacrarum constitutionum fraudem se recipiant.

Mandamus igitur omnibus, & singulis clericis, proposita pœna excommunicationis, uel alijs arbitrio Episcopi; ut, quoties ab aliquo exule, damnato, uel criminoso, qui in loco libero sit, postuletur, ut illum in eorum ecclesijs, uel domibus recipiant, omnino antequam assentiant, Ordinarium consulant; & quidquid ille tali in re censuerit, faciant.

Quòd si, clericis minimè præmonitis, tales persone ad huiusmodi loca uenerint, ydem Clerici eiusdem pœna periculo, Episcopum quamprimum citiorem faciant; ut, quidquid ab eo hac in re decretum fuerit, seruent.

Ipsè autem Episcopus de his commonefactus, considerata personarum, locorum, & temporis conditione, ac facti qualitate, decernet, quod Ecclesiæ immunitati, sacrarum locorum honestati, & Canonum menti consentaneum iudicabit: ita tamen, ut ecclesiastica immunitas nulla ex parte uioletur.

**N**e occisorum cadauera à iudicibus, uel Notarijs maleficiorum in ecclesijs ullo modo inspiciantur; sed ed illata exportentur: & huiuscemodi inquisitiones, & omnia quæ ad eædis cognitionem pertinent, à Sacris locis rejiciantur.

¶ Nemo

**N**emo vasa, vestes, uel alia ornamenta, sacris addicta, aut omnino quidquam ex sacra suppellectili profanis hominibus, aut ad profanum usum commodare audeant: qui ita commodarit, grauius arbitrio Ordinarij puniatur.

**S**acræ campanæ usum, qui ad fideles præmonendos, ut ad diuina, conueniant officia, est introductus, indignum est, ad conuocandos homines ad spectacula suppliciorum adhiberi.

Personarum, bonorumque Ecclesiasticorum immunitas magistratibus commendatur. Cap. V I.

**O**mnès uerò Ecclesiasticas personas, & eorum bona, libertatem, commoda, & iura omnia Magistratibus summopere commendamus; admonentes Ecclesiasticam immunitatem, siue ad hominum vitam, siue ad bonorum possessionem, fructusque, pertineat; Dei ordinatione, summorum Pontificum decretis, & Sanctorum Conciliorum auctoritate tributam, nulla ratione uiolandam esse.

Pro immunitate Ecclesiastica Magistratus, quæ cauere, & præstare debeant. Cap. V I I.

**N**eque enim Principes, & Magistratus res Ecclesiasticas attentare, neque sacros, & religiosos homines ad suum iudicium, potestatemque reuocare; neque Deo addictis bonis manum iniicere, aut ullum onus imponere, debent. Immo uerò meminisse oportet, quas à Deo facultates consequuti sunt, eas ad ipsius Dei gloriam, & honorem, hominumque, sacrorum salutem, & incolumitatem conferendas esse; qui pro eorum quiete, ac felicitate Deo preces assidue faciunt.

Vid. conf. Mar. 5. Cal. Febr. Pontificatus illius anno. II. in Bull. nu. 5. fol. 62. Leon. 10. Cal. Iun. 1515. in Bull. nu. 12. fol. 195. Grego. XIII. in Coena Domini. 1584. in Bull. nu. 92. fol. 1330.

Pro templorum, processionumque ornatu, obscenorum Ethnicorumque figuræ ne adhibeantur. Cap. V I I I.

**C**um Christianæ pietatis rationi illud alienum sit, ad ornatum templorum adhiberi ea, quæ non modò religionem non excitant, sed intuentium mentes facile alliciant in scdās, turpesque cogitationes: id propterea, ne quis ad illa ornanda peristromatis, aulgisque, utatur, quæ obscenis figuris intexta sint: neque item pielas imagines, & signa adhibeat, quæ uel Ethnicorum hominum, uel aliarum rerum, loci sanctitati repugnantium, formam, ac speciem præferant. In omni præterea publicarum supplicationum, processionum ue apparatus, quæ obscenarum rerum speciem ostendunt, ea ne adhibeantur.

Altarium indumenta ad alium quemuis usum non adhibeantur.

Cap. I X.

**Q**uæ pallia, aliaque sacra indumenta Altarium usui, ornatui addicta sunt ea ad funeris exequiarumque pompam, aut ad sedis Episcopi, alteriusue

Durā. in rat. diu. offic. lib.

bomi-

1. c. 3. nu.  
17. & se-  
quen.

hominis Ecclesiastici, uel laici quauis dignitate præditi apparatus, aut aliarum rerum, quæ profanæ sit, usus, siue ornamentum, ne adhibeantur.

Quæ in Ecclesia congregationes, & parlamenta non habenda, contumacesque qualiter Episcopus puniat: & etiam regulares grauissimè corripiat.

## Cap. X.

**N**E in Ecclesia laici homines de rebus profanis, aut de ijs, quæ ad ipsam Ecclesiam non pertinent, congregationes, concilia, uel quæ parlamenta publica dicunt, habeant.

Trid. Cōcil. Sess. 22. in decreto, de obseruā. in celeb. missæ, uers. Ab ecclesijs uero. Pij. V. const. Cal. April. 1566. inter illius Bul. nu. 5. in 2. Tom. Bul. fol. 925.

Quæ uerò Lugdunensi concilio, olim à Gregorio Decimo, & nuper à Pio quinto ad tollenda in ipsis Ecclesijs colloquia, congressus, deambulationes, & ad earum cultum sancita sunt; in ijs præstandis Episcopus omnem uel maximam diligentiam adhibeat; Canonicos uerò, Ecclesiarum rectores, & alios item, ad quos spectat, in munere, quod ad eam curam attinet, obeundo negligentes, uel contumaces pænis afficiat, quas illi eadem sanctione subeunt.

Si quos præterea in ijs ipsis exequendis regulares negligentes esse animaduertent, illos, ad eiusdem Pontificis in eadem Bulla præscriptum, grauissimè corripiat.

In ædibus rectorum habitantes, & licentia laici, ne saltent, aut spectacula agant. Cap. XI.

**I**N quibus Ecclesiarum ædibus ad Rectoris usum, & domicilium constitutis, & laici præterea, facultate impetrata, habitant; in ijs, ne propter nuptias quidem, saltetur, ne uel comediæ, aut spectacula agantur.

Quæ tantum sedilia in Ecclesijs, de consensuque Episcopi admittantur. Cap. XII.

**U**T & Ecclesiarum nitori consulatur, & strepitibus, ac rixis, quæ ex sedium muliebrium, quas bradellas uocant, in Ecclesijs collocatarum, statu existere saepe solent, occurratur; ut quæ simul in ijs Ecclesijs, quæ præsertim angustæ admodum sunt, populorum frequentie spatium maius detur, eas sedes omnes, ubi constitutæ sunt, amoueantur: nec uerò in posterum ullæ admittantur. Communes autem aliquas, easque humiles, simplici fabrilis operis confectas, modo, & forma in instructionum libro præscripta, collocari, constituique liceat, concessu Episcopi.

Prædictæ sedes communes quorum sumptibus fiant.

## Cap. XIII.

**A**Eque sedes communes, aut confratriarum, quæ in Ecclesijs constitutæ sunt, sumptibus, aut pecunia à populo contributa, fieri poterunt, aut alia quauis ratione, quæ Episcopo potior uidebitur.

Ne

Ne sacri parietes fædentur qualiter prouidendum.

Cap. X I I I I.

**A**dhibeatur item diligentia, & graui pœna multaq; agatur, ut & Ecclesiæ, & oratorij, & cœmeterij parietes ab vrina, alijsve cuiusuis generis sordibus, mundi conferuentur.

Arbores, ne Ecclesijs, oratorijsve officiant, excidendi.

Cap. X V.

**A**rbores, stirpes, aliaq; eiusmodi arbuta, ab ecclesijs, et oratorijs quibusuis remota sint; ut ne radices dilatate parietibus officiant; aut rami diffusimè tecta operiant, vnde detrimentum ipsis tectis existat. Si qui verò rami eiusmodi tectis iam officiant, amputentur omnino.

Parietibus sacris adhærentia, quæ euellenda. Cap. X V I.

**V**ites præterea, hederæ, aliaq; id generis herba, quæ succrescentes exterioribus Ecclesiarum, aut oratoriorum parietibus adhærent, prorsus conuellantur.

Qualiter parietes ipsi ab alijs mundi custodiantur.

Cap. X V I I.

**A**rubis præterea, & spinis, & alijs id generis, quæ adnasci solent extrinsecus, iisdem parietes mundi, & à cœmentorum item, lapidumq; congestu remoti, custodiantur.

Quæ arbores in cœmeterijs non habendæ. Cap. X V I I I.

**E**X cœmeterijs porro uites, arboresq; frugiferæ omnino conuellantur, atq; excidantur.

Neque in posterum in his sacris locis quicquam conferatur; nec verò feratur.

Quicquid male olet, & inhonestum, ab Ecclesiarum confinibus abiiciatur. Cap. X I X.

**N**E in earum fines res vlla abiiciatur, cuius grauis, malusve odor sit; aut aliquid quicquam sacris ijs locis inhonestè fiat.

Stabula, lignorumq; & aliorum strues, ac quæcunque Ecclesijs indentia ne permittantur. Cap. X X.

**S**tabula etiam armentorum, & cuiusuis generis animalium inde procul sint.

In iisdem ne lignorum strues fiat; ne ligna congerantur; ne cœmentorum, lapidumve acceruus sit; nec deniq; quicquam loci illius decori, nitore, ac religioni sanctitative repugnans.

Quæ



Quæ schedulæ parietibus sacris non affigendæ. Cap. XXI I.  
**N**E adium, agrorum, rerumq̄, aliarum eiusmodi, quæ vel locandæ, vel  
 nuendendæ proponi, aut proscribi publicè solent; neve omnino rei cuius  
 quam profanæ schedulæ, scriptave ullis Ecclesiarum, oratoriorumve, aut  
 cæmeteriorum foribus, ualuis, parietibusq̄, aut in quouis sacro loco, in  
 posterum affigantur.

Quid venale prope dictos parietes, qualiter non habendum.

Cap. XXI I.

**N**E item res Venales in Ecclesiarum, & Oratoriorum, cæmeteriorumve  
 parietibus appendantur; neque intra loci spatium, quod aqua sacra  
 aspergitur, cum Ecclesia consecratio fit; aut intra stillicidij fines, aliudve loci  
 maius interuallum, Episcopi iudicio præscribendum.

Officinæ, tabernæve, etiam prope dictos parietes qualiter non  
 habendæ. Cap. XXI I I.

**N**E ve item officinæ, tabernæve, quouis materiæ genere, etiam tabulis, af-  
 scribisve confectæ, uel ipsis parietibus inhaerentes, uel in cæmeterijs, sa-  
 crisve locis, aut omnino intra illius spatij, aut interualli fines, ullo modo con-  
 struantur, aut collocentur.

Supra ecclesias, & oratoria, locus ubi quid profanum agatur  
 non tenendus. Cap. XXIII I.

**N**E Ecclesiæ, aut cappellæ, aut etiam oratorij, in quo missæ sacrificium  
 aliquando peragitur, à parte superiori, canaculum, vel cubiculum, uel  
 omnino locum habeant; ubi aut dormiatur, aut habitetur, ac quicquam pro-  
 fani fiat; Quæ uerd loca iam eiusmodi sunt omnino amoueantur.

Quæ in Ecclesijs, Oratorijs, cæmeterio seruari non possunt; eo-  
 rumque claues, à nemine laico tenendæ.

Cap. XX V.

**N**E frumentum, milium, hordeum, ullumve tritici, aut leguminum ge-  
 nus; ne poma item; ne instrumenta, ad prædiorum rusticorum usum  
 comparata; ne cuiusuis generis suppellectilem, profanam; ut ab Innocentio  
 III. Pontifice, in Concilio Lateranensi sancitum est, ne denique quicquam,  
 à domo Dei alienum, in Ecclesia, etiam non consecrata, aut in Oratorio, aut  
 in cæmeterio recondi, aut asseruari ab ullo quouis homine liceat. Vetitum  
 præterea sit (nisi cum interdum aliter Episcopus faciendum censuerit.) cla-  
 uem illius ecclesiæ, aut Oratorij etiam diæcesani, ruralisve, laicis hominibus,  
 præsertim uerd colonis, uel conductoribus eiusdem ecclesiæ adium, uel prædio-  
 rum, committi, aut ab illis custodiri, seruariue.

Quæ

Quæ in cœmeterio ne fiant, prohibentur. Cap. XXVI.

**N**E in cœmeterio frumentum, quasi in arena uentiletur; ne tritura fiat; ne palea, frumenta, fruges expandantur; nec uerò tela, panni uel linei, lixiuio, aqua uel mada facti. s. l. ibidem exponantur; neque in eo scæmina, maresq; colo quicquam neant, ne uel suant, aut aliud præterea opus faciant, eorum sacrorum locorum rationi alienum.

Qualiter templa claudenda, & aperienda, & dum patent custodienda. Cap. XXVII.

**N**E sacris mysterijs dicata, & à Deo electa templa sancta pateant iniquitatibus hominum, quo præsertim tempore, per actus diuinis officijs, nemo adest clericus custos; id curet Episcopus, ut Ecclesiæ, & urbanæ, & diocessanæ, certa pro ratione locorum constituta hora, claudantur, & aperiatur itè. Quod si ob causam aliquando diutius, aut per totum diem eas patere oportet; caueat tamen, efficiatq; Episcopus, ut quo tempore patentes sint, atque aperta, custos aliquis Clericus adhibeatur, qui semper adsit; & quæ loco illo sacro indigna sunt, ibi peragi prohibeat.

Qualiter in confinibus Ecclesiarum, rixosi, & armis abutentes puniantur. Cap. XXVIII.

**N**E quis, ne in atrijs quidem Ecclesiæ confinibus, ne dum in ecclesia, aut cœmeterio rixas, simultates, aliasq; quasque res, quæ offensionem, scandalum uel pariant, ullo pacto excitet, ne uel gladium, ut Concilio Triburienfi sancitum est, armaq; stringat: aut ijs quemquam aggrediatur. Si quis contrafecerit, postquam spatio, quod ei episcopus præstituerit, monitus, facti sui excusationem, defensionem uel iustam nullam attulerit; communionem, eiusdè arbitrio, priuetur.

Istos ap-  
prime  
damnat.  
Cœc. Pa-  
trist. suo  
Gregor.  
IIII. c.  
12. lib. 3.  
nu. 4. To-  
mo 3. v-  
bi latius  
uidet.

Quomodo lusus clamorosi propè Ecclesias prohibentur.

Cap. XXIX.

**P**Ro foribus, atrio uel Ecclesiæ, præsertim quo tempore, sacra, diuinaq; officia celebrantur, ne pila ludatur; aut aliud quicquam fiat, agatur uel, unde strepitus, clamores uel excitantur, quibus diuina officiorum preces interturbentur. Qui secus fecerit pœnam, multam uel subeat, Episcopi arbitrio.

Vbi ne mulieres infames habitent, parochus prohibeat.

Cap. XXX.

**I**llud Parochus sedulo agat, ut mulieres, lenocinio, meretricio uel questu infames, ne domicilium habitent, quod uel Ecclesiæ, uel edibus Parochialibus, aut uirorum, mulierum uel monasterijs continens sit, aut propè inhereat.

Confugientibus ad Ecclesiam, eiusque immunitati, & scandalis propterea imminuentibus, qualiter prouideatur.

## Cap. XXXI.

**S**aepe accidit, fontes homines, qui ad Ecclesiam, sacrae loca, & alia Ecclesiasticae immunitatis iure munita, praesertim, ubi primum crimen patrarint, statim confugiunt; non solum a satellitibus magistratum, iudicumve secularium, sed a consanguineis etiam, & affinis eorum, quibus caedes, iniuriave illata est; armatorum quoque hominum collecta manu custodiri, magno cum eo periculo, ut ne grauiora interdum facinora, ac aliquando Ecclesiasticae immunitatis violatio, flagitiaque turpissima admittantur: Quamobrem, ut ipsi ipsis offensionibus, & malis, quae inde saepe exiunt, occurratur; licere decernimus, iussu Episcopi, ob eam solum causam, ut agnoscat, an qui tunc ad Ecclesiam per fugium habuerit, iure uti possit immunitatis Ecclesiasticae, per satellites fori Episcopalis ad carcerem clericalem, uel secularem, si eo loco clericalis carceris custodia tuta non est, eiusdem Episcopi iudicio inde abduci; tandiuque, Episcopali nomine custodiri, quoad re perpensa ipse Episcopus deliberet.

Is vero quamprimum deliberationem ineat; sique libertate, immunitateve Ecclesiastica illum uti, fruiue censuerit, ab omni detrimento, omni que impensa liberum, atque immixtum loco restitui statim mandet, unde abductus est: sin autem secus faciendum duxerit, foro, iudicioque magistratus secularis, prout iuris est, illum relinqui iubeat; ad Canonum, & Conciliorum, aliarumque Apostolicarum constitutionum praescriptum.

Interea vero, dum in custodia est, ne cuiquam liceat, de eo quaestiones, exameneve instituere; neque adeo contra illius personam quicquam agere, quo praedictum illi, eiusve causa afferatur.

Id autem ut ab omnibus inuiolatè seruetur; nec uerò huius decreti nomine, praetextuve quicquam contra immunitatem Ecclesiasticam a iudice, magistratuve seculari fiat, geraturve; omni diligentissima cautione in eo utatur Episcopus, censurasque, etiam proponat, arbitrato suo.

Delictum in Ecclesia perpetratum, ab eius beneficiato, qualiter Episcopo denunciandum.

## Cap. XXXII.

**S**i quae delicta in Ecclesia committuntur, parochi, intra cuius parochiam sita est Ecclesia, etiam si illa regularis sit, & exempta, ubi delictum patratum est, officium sit, quamprimum Episcopo, Vicariove literis saltem significare. Idem de eo Parocho, Capellano, Rectoreve decernitur, in cuius Ecclesia crimen commissum est.

ca. Inter alia, eo. tit. in decretis. ubi nonnulli excipiuntur, qui hac immunitate non gaudent, de quibus. vid. praeter alios, Iohann. Moticell. in prat. cri. Reg. 11. de captiua rei. nu. mc. 12.

NE CLERICI VEL MONACHI. &c.  
Tit. XXXIII.

Ne Clerici reorum, dum publicè torquentur spectatores, sed con-  
solatores sint. Cap. I.



**N**ecum neces, & cruciamenta, improbis hominibus Magistra-  
tuum iudicio illata, multitudini spectanda promuntur, vlllo mo-  
do Ecclesiastici ordinis Viri intersint; nisi eorum pia opera, con-  
solandiq; officium vsui futurum illis sit, qui ad supplicium  
ducuntur.

Qualiter clerici in laicorum conuentibus canere prohibentur.  
Cap. I I.

**S**acerdotem, Clericumq; cuiusuis ordinis, in canticis, hymnis, psalmis, ca-  
sterisq; Ecclesiastici cultus officij, religiosa modulatione concelebrandis,  
diuinisq; laudibus sanctè conciendis, ita versari conuenit, ut uoce sua, sacris  
dicata, abuti non debeat ad profanas cantiones, & modulationes, atque ad  
uoluptarias, delitiosasq; laicorum oblectationes. Quamobrem caueat, nè in  
nuptialibus, laicalibusve conuiujs, aut mensis, canendo, operam suam nauet;  
ne ullo quidem, uel cognationis, uel amicitie, familiaritatis obsequij, alterius-  
ve rei causa; cum præsertim clericalem hominem inter epulas canere, veteri  
Canone planè interdictum sit.

Publicis commessationibus clerici ne intersint.  
Cap. I I I.

**O**mnis etiam Sacerdos, clericusve publica conuiuia, & commessationes  
eiusmodi uitet, quibus sepe fit, vt contemptui sit, Ecclesiastici minist-  
erij dignitas.

DE CAPPELLIS MONACHORVM  
Tit. XXXIIII.

Regulares in suis parochialibus eadem, prout ceteri rectores  
seculares, præsent. Cap. I.



**R**IDENTINI Concilij auctoritate Episcopus regulares, ad quos  
animarum cura, quouis iure pertinet, compellat, ut in Ecclesijs,  
in quibus animarum cura exercenda est, Dominicis, et alijs die-  
bus eodem Concilio præscriptis, sacram concionem habeant: do-  
ctrinæ Christianæ pueris rudimenta tradant: tum alia Parochorum munera  
præsent.

Concil.  
Laodi. c.  
54. relat.  
in c. Nō  
oportet.  
de cōse.  
d. 5. Cōc.  
Aquisgr.  
c. 83. Cō-  
cil. Ca-  
bil. 2. ca.  
10. Cōc.  
Laodi. c.  
55. Cōc.  
Aquisgr.  
ca. 83. ca.  
Nullus p̄  
sbytero-  
rū. de cō-  
secr. d. 5.  
Sess. 7. c.  
7. de ref.  
Sess. 21.  
de ref. c.  
8. Sess. 25.  
de reg. c.  
11. vide.  
Supra de  
regu. c. 4.  
Sess. 24.  
c. 7. de  
refor.

## DE MONIALIBVS. Tit. XXXV.

Sanctimoniales in Ciuitate, & Diœcesi, infra scriptas omnino  
seruent formulas. Cap. I.

**I**n monasterijs regularium mulierum, quæ in Religionem Deo  
se dicarunt, & integra conseruetur vetus disciplina, & si for-  
tasse usquam deprauata est, restitatur, ad eamq; se se ipsæ con-  
formantes, in rerum diuinarum contemplatione liberius con-  
quiescant, nos has piæ, rectæq; viuendi formulas, partim Concilij Tridentini  
decretis traditas, partim ex Concilijs Prouincialibus Mediolanensibus partim  
aliunde, & pro ratione horum temporum, ad diœcesis nostræ utilitatem con-  
stitutas, ab omnibus in hac Ciuitate, & Diœcesi monialibus seruari omni-  
no iubemus.

Vbi duodecim moniales professæ non existunt quid agendum.  
Cap. I I.

**M**onasteria, in quibus duodecim non sunt, quæ professæ uel utantur,  
quæq; eum numerum proprijs fructibus, aut consuetis eleemosynis ale-  
re non possunt, transferre, & cum alijs Monasterijs eiusdem, aut alterius Or-  
dinis, ex facultate cõcessa huic prouincia, unire studeat Episcopus diligenter.  
Si uero eiusmodi unio minimè expedire uideatur, Cum numerum monia-  
lium tempore interire, & ad nihilum redigi sinat; adempta omnino illis mo-  
nialibus facultate recipiendi nouitias, si ita expedire uisum fuerit.

Pœna monialium officia, uel honores ambientium. Quæ uel iure quan-  
to tempore ad hæc eligantur, electæq; onus susci-  
pian. Cap. I I I.

**N**ulla monialis ambiat, aut ullo quouis modo siue directè, siue indirectè  
per se, aut per aliam, honores, officio uel cuiusuis generis sui monasterij  
querat; hac constituta pœna, ut & ipsa, & quæ sibi in eare fauerint in capi-  
tulo per tres sextas ferias ad pedes singularum monialium terram descen-  
dentes, suam accusent ambitionem: ipsaq; præterea, si id officium consequen-  
terit, eo, ceterisq; muneribus priuetur superioris arbitratu.

Singulæ, propria uoluntate deposita, & ad obtemperandam paratæ, sibiq;  
Dei gloriam, & communem monasterij utilitatem tantummodo proponen-  
tes, ad honores, & officia eas eligent, quas omni remoto humanitatis affectu,  
Spiritus sancti impulsu, ad id munus magis idoneas esse iudicauerint.

**P**ræfecta, quocunque nomine appelletur; ex Tridentini Concilij decreto  
ne minor quadraginta annis eligatur, quæ uel in uitæ honestæ laude uixerit  
octo annis, postquam professa est. Quidam si in eodem Monasterio, non eius-  
modi reperiatur, ex alio eiusdem Ordinis deligi possit. Sin autem superiori,

qui

Officia-  
les mo-  
nialium  
non am-  
biant.

Cõc. Tri-  
dēt. Sess.  
25. Dere-  
gular. &  
monial.  
cap. 7.

qui electioni præest, hoc etiam incommodum esse videatur, Episcopo, vel alio superiore consentiente, eligatur ex ijs, quæ in eodem Monasterio triginta annis maiores natu sint: quæ ve annis saltem quinque, post professionem rectè vixerit.

In reliquis constitutiones singulorum ordinum, monasteriorum seruentur.

Huiusmodi Præfecta, & eius Vicaria, Discretæ etiam, quæ alio nomine Matres Concilij vocantur; Ubi eæ à capitulo eligi consueuerunt, tacitis suffragijs coram superiore, aut eius ministro eligantur: qui extra Monasterium ad cancellos, siue clathros stet, ex decreto Tridentini Concilij.

Nequaquam autem ad hæc officia deligi possint, nisi præfecta duas ex tribus partibus calculorum tulerit, vel suffragijs, vel accessu; Vicaria verò, & Discretæ pluribus dimidia parte suffragijs creentur.

In quibus monasterijs plures germanæ sorores sunt, si earum vna monasterio præficitur, reliquæ sorores, neque Vicariæ, neque Discretæ, neque Ianitricæ fieri, neque scribæ, aut cellerariæ officio fungi possint.

Minora verò officia, veluti ianug, rotæ, sermonibus præpositarum; earumve, quæ nouitias docent, sacristia præfectarum; & quæ ijs præsent; quæ manuum industria se se exercent; illarum præterea, quæ scribæ, aut ratiocinatoris munere funguntur, & quæ ægrotis ministrant, ab eo, qui electioni præest, vna cum confessore, Præfecta, Vicaria, & discretis, pro earum mentis conscientia, quibus opportunum videbitur, tribuantur. Quo decreto nihil derogatum sit ijs Monasterijs, in quibus ad huiusmodi officia capituli suffragijs moniales deligi solent.

Earum officia, quæ electæ fuerint, sint duorum annorum, aut, in quibus ea esset consuetudo, ad summum trium: Illis cum perfunctæ fuerint, tantundem saltem temporis vacent ab officijs, ad præscriptum constitutionis Gregorij XIII. Superior tamen eas ante tempus, officio præfinitum inde mouere possit, si id malè administrant.

Quæ delectæ fuerint, quemadmodum earum obedientia, postulat, officia suscipiant; & eorum munera sine recusatione humiliter exequantur. Quæ aliter fecerint sine iusta causa, quæ superiori probata sit, iure suffragijs priuentur; ut neq; ipsæ alias eligere, neq; ab alijs eligi possint, arbitrio superioris.

Quæ à monialium præfecta erunt præstanda. Cap. IIII.

**P**ræfecta monasterij tanquam communis omnium monialium mater, ipsarum & corporis, & animæ salutem diligentissimè consulat, easq; studiosè admoneat, vt puro corde sint, vitæq; integritatem seruent, & ad perfectionem virtutum omnium contendant. Si quidem quæ religionem susceperunt, nisi ad summum illum gradum pro viribus peruenire conentur, minus sanè efficiunt, quàm debent, pro vitæ, & ordinis instituto, quod profitentur. Meminerit autem à se reddendum esse rationem iustissimo Iudici erratorum, quacunque Moniales eius negligentia, aut culpa admiserint.

In primis verò curet, vt pax, & concordia sororum conseruetur; sublati

Secreta  
suffragia  
Concil.  
Trid. vbi  
sup. ca. 6.  
In c. 7. su-  
perius ca-  
tato.

Editæ  
die 1. Ia.  
1583. Põ-  
tific. sui  
ann. 11.  
incip. ex-  
poscit de  
bitum in  
Bul. n. 84  
f. 1321.  
Officiũ  
Præfectæ.

quantum ab ea fieri poterit, omnibus dissidij ac discordiæ causis; ut, quemadmodum debent, unum corpus, & unus spiritus in earum sponso Iesu Christo, perfectò charitatis vinculo colligentur.

Studeat etiam, ut singule suo munere rectè fungantur; neque vlla alterius officium occupet, nisi auxiliij causa: idq; ipsius iussu, & ut omnia ordine perficiantur; in primisq; ut silentium horis, ac locis præscriptis seruetur, si verò alicuius importunitas, aut re, aut verbo seruarum pace perturbata, charitatem, violarit, acerrimè ab ipsa præfecta, & si opus erit, à superiore etiam monialium puniatur, & eius animi elatio edometur.

Qualiter à Præfecta, eiusque Vicaria moniales non obedientes, vel alia comittentes plectenda; & renitentes per discretas denuncianda: ac in negotiis, qui requirantur consensus, capitulumque habendum. Item suffragia qualiter danda, & quæ ad dandum admittantur. Cap. V.

**H**VIC autem Præfecta, eiusve Vicaria, quæ illa absente eius vim & locum obtinent, moniales omnes omnino obedientiam, & observantiam præsent; quemadmodum earum votum postulat.

Quæ verò eius iussa neglexerit, neq; pænitentiam sibi impostam adhibere voluerit; aut superbè, & ingiuriosè responderit, non habita eius dignitatis ratione: aut contumaciter discedendo, vel excusando, eã impedierit, quominus illas reprehendat, aut castiget, quæ aliquid commiserint; ut suæ contumaciæ, & insolentiæ graues pœnas pendat; apud superiorem accusetur ab ijs, quas discretas appellauimus, quæ nisi id fecerint, flagella, disciplina nomine sibi semel adhibere, & humi cibum capere cogantur.

Singulis etiam hebdomadis præfecta Monialium conuentum, siue Capitulum habeat, corrigendi causa moniales pro erratis, quæ ipse publicè in suorum officiorum munere admisserint; quorum veniam ipse spontè, atq; humiliter coram omnibus petant; eisq; pænitentiam imponendi, aliaq; adhibendi, quæ earum institutis tradita sunt, ad ipsas in humilitate, & sui contemptione continendis, atq; ad virtutes omnes studiosè sectandas.

Caueant autem moniales, ne pænitentiam sibi à præfecta impostam, perinaciter recusent; neve superioris temporis delicta, sibi inuicem obijciant. Quæ hoc commiserit, ei hæc sit pænitentia, vt statim ad singularum monialium pedes terram exosculetur, sibiq; flagella nomine disciplina adhibeat.

In negotijs parò maioribus præfecta nihil decernant; nisi scientibus, & consentientibus maiori ex parte discretis, seu matribus concilij.

In ijs verò, quæ maioris sunt deliberationis, præfecta Uniuersum monialium Capitulum conuocent: idq; ipsis ratum sit, quod maiori monialium parti placuerit.

In omnibus autè tacitis suffragijs, caueant moniales, ne suffragij pilas, vel calculos inter se tradant in manus ijs, quæ id commiserint, ea pœna sit, vt pri-

uata capitulo, neq; eligere, neq; eligi, suffragio, possint, arbitrio superioris.

Ad suffragia autem de quacunque re ferenda, non admittantur, nisi quæ triennium post missam professionem in Monasterio fuerint commoratæ.

Discretæ, & auscultatrices quot, & quales esse, & agere debeant.

## Cap. VI.

**D**iscretæ probitate, & prudentia cæteris monialibus antecellant.

Neque sint pauciores quatuor, ubi moniales non plures, non sint quadraginta: quod si plures sint, saltem sex creentur.

Moniales reliquarum sermonibus audiendis eiusmodi proponantur, quæ ætate matura, & spectata probitate sint. Hæ diligenter, fideliterq; suo officio fungantur: & ita loquentibus reliquis assistant, ut quidquid tum intus, tum foris dictum, factum ve fuerit, ipsæ audiant, ac studiosè animaduertant: nec enim quidquam aut ita secreto proferri, ut eas lateat; aut, quod indignum sit Dei ancillis, dici, aut fieri, patientur. In quo, si quidquam secus commissum fuerit, earum culpa, vel negligentia grauißima pœna sui superioris arbitrio, puniantur.

Discretæ.

Auscultatrices.

Magistra nouitiarum quam curam habeat, eiusque pœna si se ingesserit. Cap. VII.

**N**ouitiarum curam sola magistra electa loco, à cæteris monialibus separato habeat: alia præterea nulla.

Nouitiarum.

Hæc nouitiæ in timore, ac cultu Dei, & in obseruatione Religionis erudiat: coneturq; & vitæ exemplo, quæ nullam habeat ansam reprehensionis, assiduisq; admonitionibus, ita eas instituire in spiritualis, & sanctæ vitæ ratione; ut progredientes, Deo adiutore, perfectæ eius ancillæ possint euadere.

Quæ autem sibi id temerè assumpserit, ut aliquam ex nouitijs erudiat, ius ei suffragij adimatur; ut neq; eligere, neque eligi possit, quandiu superiori placuerit.

Qualiter monasterium occludatur, clauibus, & apud quas maneat: quandove aperiendum est: moniales aliàs puniendæ, à quibus caueant. Cap. VIII.

**I**anuæ septorum monasterij die clausæ sint vna saltem clauis; quæ ab antiquiore ianitrice custodiatur, ut, cum opus fuerit, aperiri possint. Nequam autem aperiuntur, nisi duabus iantricibus presentibus. At noctu duabus clauibus diuersis claudantur: quarum altera asseruetur à præfeta; altera verò ab eadem ianitrice antiquiore.

Portæ.

Cum autem ianuæ aliqua necessaria causa aperiuntur, moniales non audeant eò accedere, ut externum quidquam aspiciant; uel cum ullo omnino aut mare, aut fœmina colloquantur. Quæ id causa fuerit, includatur in cellam, ubi tandiu sit, quandiu superiori videbitur: qua pœna etiam plectatur ea, quæ ianuæ præposita est, si aut id permiserit, aut eiusmodi petulantiam statim ad superiorem non detulerit; aut etiam grauius puniatur, arbitrio superioris.



Quod ad operas monialium pertinet, quid seruandum.

Cap. IX.

**Q**uo tempore mutantur officia; vna, aut duæ moniales maturæ, ac prudentes, eligantur, quæ præficiantur monialium laboribus.

Hæ ad rotam recipiant, quæ elaboranda sunt; ijsq; distribuant, quæ ad id opus faciendum sunt idoneæ: quibus perfectis, ea ex eadem rotâ restituant ijs, quorum sunt, accepta mercede, semper ea præsentem quæ rota est præposita.

Nulla præterea quidquam, quod elaborandum sit, ne cognatorum quidem, aut affinium, accipiat: quæ contrafecerit, singulis vicibus sibi flagella disciplina nomine adhibeat eo loco, quo moniales operibus elaborandis exercentur.

Laborēt  
moniales.

Si qua, vel morbo, vel inusta alia causa non impedita, pigritia, vel desidia, aut pertinacia quadam ab huiusmodi laboribus abstinerit; obsonio priuetur totum id tempus, quo labori non incumbuerit. In loco item, vbi moniales in laboribus, exercentur, lectio quotidie adhibeatur: qua absolutæ inter se conferant, quæ audierint; certatimq; eiectionis vitijs, ad virtutes consequendas seipsas cohortentur.

Curet laborum magistra, nè sermones, aut cantus profani, aut à monialium conditione, & instituto abhorrentes inferantur.

Qualis reddituum administratio, eius ratio, capsæque depositaria sit habenda. Qualiterq; contravenientes puniendæ.

Cap. X.

Vid. inf.  
eo. c. 3j.

**S**cribæ, ac reliquæ quæ monasterij bona quocunque modo administrant, fideliter, & accuratè eorum rationem præscriptam habeant.

Singulisq; tribus mensibus ad capitulum summæ im referant rationes accepti, & expensi; ut omnes, quomodo res monasterij habeant, intelligere possint. Verùm quot annis rationem rerum omnium, quas administrarint, separatim superiori reddant, aut eius Vicario; ac, si fuerint, monasterij curatoribus deputatis. Quæ autem, aut sibi vindicarint, aut perperam perdidierint monasterij bona, superioris arbitrati, acerrimè puniantur.

Ut autem nulla fraudis occasio reliquantur; in singulis monasterijs singulæ capsæ constituantur ad hunc vsu, ut in illis omnis pecunia collocetur; quæ duabus clauibus, ijs inter se diuersis, clausæ sint; quarum altere à præflecta Monasterij, altera à maiori discreta a seruetur. Nec verò capsæ aperiri, aut in ea poni pecunia, aut inde auferri possit; nisi, & præflecta, & maior discretæ, & scribæ monialis, quæ eius rationem ineat, interfuerint.

Duabus item clauibus, ijsq; diuersis, borrei, & eius loci, vbi farina a seruetur, ostia concludantur; quæ singulæ à singulis matribus, ei officio præpositis, custodiantur: Eæ autem semper adsint; cum triticum, vel farina importatur, vel exportatur.

Qualiteg

Qualiter non, nisi cum licentia; bona monasterii non distrahantur. Ibidemq; non edificetur. Infirmarum, nec non defunctorum, quæ cura habeatur. Cap. XI.

**P**refecta, & moniales bona monasterij alienare, permutare, locare, aut contrahere nullo modo possint; nisi sciente, consentiente, ac præsentè Episcopo, aut eius Vicario: seruatis item cæteris, quæ iure seruari debent: aliter contractus irritus, ac nullus sit.

Vid. infr. ca. 85. & c. 88.

Neque item edificare, nisi consentientibus Ordinario, ac ciuibus monasterij curatoribus, qui operam dabunt, vt id quàm minimo sumptu, commodè, ac decenter fiat.

Quæ præposita sunt cura ægrotantium, pias, & misericordes se illis præbeant, quanta maxima possunt, & patientia, & diligentia: ac tales se illis præstent, quales cæteras vellent, si ipsæ ægrotarent.

Ægrotis cibi, & medicamenta opportuna à præfecta, & ab electis ad id ministris ita adhibeantur, vt monasterij facultates tulerint.

Præfecta autem charitatis causa eas quotidie visitet; vt, & solatio sit, & melius ab eis cognoscat, ac curet, quæ ipsis sint necessaria.

Si verò aliqua moritur, confessor cum comite, quem superior approbarit, ingrediatur septa monasterij tunc, cum eius corpus ad sepulturam dandū fuerit: pieq; ac celeriter, quod eo tempore persoluendum sit, officio fungantur.

Priusquam puella ad religionem, & nouitia ad professionem admittatur, quæ obseruanda: Admissaque puella qualiter se habeat. Cap. XII.

**C**um primùm puella ad suscipiendum sacrum habitum offeruntur, monialium præfecta, parentes, vel eos, quorum cura commissæ sunt, admoneat excommunicationis, quæ proposita est à Sacro Tridentino Concilio ijs, qui suas puellas, vel alias inuitas eam cogunt suscipere, aut profiteri religionem. Idem ab earum superiore fiat, cum eius consensus requiretur.

Puellæ admittendæ. Sess. 25. d. Regul. c. 18.

In ijs monasterijs, in quibus moniales pauciores sint quinquaginta, duæ tantùm germanæ sorores, aut tres, quæ sint vnus generis, ac familiæ, recipi possint.

Vbi verò plures sunt quinquaginta monialibus, ibi tres tantummodo sorores, aut quatuor eiusdem familiæ recipi liceat; si ita monialium capitulo videatur.

Præfecta, & moniales, de puella, earum suffragijs ad suscipiendam religionem admittenda, quidquam pollicere, aut capitulum cogere non audeant, priusquam liberè loco ab Episcopo, aut ab eo, cui ipse id munus delegarit, puella secretò examinata, ac probata, facultatem suscipiendi in eo monasterio religionem scripto consequuta fuerit; consentiente etiam illius monasterij superiore.

Concil. Trident. Sess. 25. de Regu. c. 17. vbi de ætate. c. Puella. 20. q. 2.

Ab ijs autem omnibus prius diligenter inquiretur de moribus, vita, & æta

te, quæ maior sit duodecim annis; ac de libera, & pia voluntate puella.

Quæ anno, vel aliquo tempore conuenienti, antequam examinetur, & monialium Capitulo admittenda proponatur, propositum Religionis suscipienda in eo Monasterio, & Episcopo, & monialibus, earumq; superiori patefecerit, vt interim huiusmodi inquisitio maturè fieri possit. Quo etiam tempore ipsa confessori illius Monasterij, aut, cui Episcopus eiusmodi munus has audiendi commiserit, semel singulis mensibus peccata sua confiteatur; sacrosanctamq; sumat Eucharistiam; ac persæpe moniales in locis colloquutionum alloquatur; vt ab eis tum explorari accuratius; tum admoneri melius possit de omnibus, quacunque illi agenda, & ferenda erunt religionis causa, intra septa monasteriorum; nè vllò vnquam tempore conueniri, & se per inscitiam excusare possit.

De puella admittenda, ad suscipiendam religionem, ac mox etiam nouitia ad professionem, ferantur tacita suffragia; vt singula moniales, nullo affectu impedita liberè suæ conscientia possint satisfacere.

Nec verò huiusmodi puella ad religionem, neve nouitia ad professionem recipiatur; nisi duas ex tribus partibus suffragiorum tulerit.

Puella ad religionem admissio aliter facta, quam præscriptum sit, irrita sit, & nulla.

Præfata verò, cuius culpa, vel negligentia id factum fuerit, ab officij administratione submotæ, vel etiam ad sex menses eo ipso priuata esse intelligatur.

Præfata autem statim de suffragiorum exitu superiorem admoneat; vt in libro, ad huiusmodi usum institutum, eius nomē, quæ recepta sit, ab eoreferatur.

Cum primum suffragijs Capituli aliqua recepta est, statim omnes vestium delicias, & inanem ornatum deponat; & nigro, vel fusco vestitu, aut albo induatur, ea modestia, & submissione, vt omnes intelligant, eam mundo renunciaisse: vt Deo religiosè inserviat: quo vestitu semper utatur donec in monasterium introeat; & interea à choreis, & spectaculis inanibus abstineat.

Quæ verò eo modo, quo diximus, recepta fuerit, monialium vestibus in monasterio indui, non possit; nisi sex mensibus, postquam recepta fuerit, idq; concessu Episcopi, & monialium superioris; quibus liberum sit, vel producere, vel contrahere illud semelre tempus, quem admodum eis expedire videbitur.

Cum ad religionis habitum puella introducitur, quid agendum, quale ei nomen imponendum. Nouitia demum quid obseruet; & eo nomine quid dari præcipitur, & prohibetur. Cap. XIII.

**T**V multus autē cuitandi causa, deducatur in mane ad Monasterium ab intimis propinquis mulieribus, nulla pompa, nulloq; inuitatu aliorum; & sola introducatur in Ecclesiam interiorem Monasterij: Missaq; audita, & sumpta Cõmunione, cæterisq; solennibus cõremonijs adhibitis, coram reliquis monialibus, à superiore, aut monasterij confessore uestiatur; qui illam adeo grauem, & cræq; actionem aliquo pio sermone prosequatur: quod et in professione seruetur.

Superior,

Superior, siue confessor hanc cautionem adhibeat, ne puella nouitia, nomen gentiliū feminarum imponat, sed sanctarum, quæ ab ecclesia celebrantur.

Quæ puella, postquam monialium uestem suscepit, amplius e monasterij septis exire non possit; nisi fortasse nondum professam peniteret in monasterium introisse. Si vero semel exierit, nulla illi in posterum facultas redeundi concedatur, absque licentia sedis Apostolicæ.

Nouitia causa ante professionem ex decreto Tridentini Concilij nihil monasterio detur, præter id, quod necessarium sit ad uictum, & vestitum eius temporis, quo fuerit in nouitiatu: quod totum representari uolumus, antequam puella in monasterium ingreditur.

Nomen monialium sit sanctarum.

Sess. 25. & ult. de reg. c. 16. vers. sed neque.

Quæ in emittenda professione, seruanda erunt; eleemosynæque pro eius sustentatione: qualiter deponenda; & non nisi quo tempore renunciatio bonorum fienda.

Cap. XIII.

Quoniam ex Tridentini Concilij decreto professio ante decimum sextum annum expletum, & ante annum probationis post susceptum habitum facta, nulla est, nullamq; parit obligationem; curent Episcopus & superiores ne nouitia ulla ante illam etate, & tempus ad professionem admittatur.

Præfecta autem monasterio triginta ante diebus Episcopo significet, quo tempore nouitia professura sit; ut uel ipse, uel si is abest, impeditur uel alius, cui ille id negotij dederit, nouitie uoluntatem cognoscat: perspiciatq; an huiusmodi conditionibus satisfactum sit, quas monasterij illius, & ordinis regula postulat; an uem monasterium idoneum: ei deniq; demonstret, quàm grauis ea res sit, quàm uel multas res tria illa religionis uota requirant; ut ea antequam ad professionem recipiatur, uinculi uim intelligat quo se obstringi uult. Si præfecta id facere neglexerit, eiusdem Tridentini Concilij decreto ab eius officio tamdiu amoueatur, quoad Episcopo uidebitur.

Nouitia ne examinetur infra septa monasterij, sed extra, in publica eius Monasterij Ecclesia, ut liberè, & fidenter suam uoluntatem exponere possit.

Quod uero professione facta, eleemosinæ gratia ad professam sustentandam monasterio datur; id quo tempore puella religionis habitum suscipiet, apud uirum monialibus, & earum superiori probatum, deponatur; ut nullo impedimento tum monialibus præsto esse possit.

Nulla autem renuntiatio bonis à nouitia fiat; nisi quemadmodum à Concilio Tridentino iussum est, facultate ab Episcopo, uel eius Vicario permissa, ad duos proximos menses ante professionem fiat.

Nesciens officium, ad professionem non admittatur; quæ admittenda qualiter notari, & subscribi debeat. Interimq; ne conuiujs, & bellarijs congaudeant. Cap. XV.

Et quoniam, quæ moniales professione facta, uelum susceperunt, quotidie suæ religionis diuinum officium dicere debent, nulla ad professionem ad-

Sess. 25. Regul. c. 15. Nouitia.

Concil. Trid. sess. 25. ubi sup. Reg. c. 17. vid. inf. eo. c. 107. ubi supra. d. ca. 17. in prin.

Sess. 25. & ult. de Reg. c. 16.

Legere sciant.

mittatur, quæ congruè legere, & officium dicere nesciat. Id autem experiri debet is, cuius officium est eas examinandi; qui se presente, eam legere iubebit.

Professionis autem, & diei, & anni, quo facta est, in libro ad eum usum confecto memoria conseruetur, manu eius monialis, quæ scribæ officio fungitur; adhibita subscriptione eius, quæ professa sit, si modò scribere sciuerit, & superioris, qui eam admiserit.

Quo die puella profitetur, vel monialem habitum induit, in foresterijs, gædiibusq; monialium, ab eius propinquis, & amicis conuiuia ne fiant, ne velaria dentur.

### De diuinis officijs, præcationibus, & lectione monialium.

Qualiter chorum frequentare, diuina officia recitare, & interim, à quibus cauere debeant.

**C**um ad sanctimoniales valdè pertineat laudare assiduè Deum Creatorem, conseruatorem, & Redemptorem mundi, eidem gratias agere, & supplicare, vt suam misericordiam omnibus hominibus ad salutè impertiat; idcirco moniales omnes die, noctuq; chorum frequentent; sacrisq; officijs distinetè, attenteq; ab ipsis, & voce, & pio animi affectu celebrandis intersint: illis solùm exceptis, quarum præfecta iusti impedimenti excusationem acceperit.

Ad sint autem singulæ initio diuinorum officiorum, congruenti sui ordinis vestitu indutæ, in suis, ac proprijs locis, & vsque ad finem persistent; nõ prius inde discedentes, quàm præfecta, aut vice eius alia, discessus significationem fecerit; nisi necessitate aliud postulante, id eadem permiserit.

Soni, cantus, qui honesti & Spirituales non sint; colloquia etiam, risus; quidquid præterea indignum est domo Dei, & eius diuina maiestate, cum qua colloquimur in oratione; omnino amoueantur.

Quæcunque autem contra hæc, quæ iussa sunt, aliquid fecerit; præfectæ autem trio, pro modo culpe acriter puniatur.

Quæ oratio mentalis fienda, vbi sacra Eucharistia seruanda. Qualiter lectioni inscribendum; & libri inanes eliminandi.

#### Cap. XV.

Oratio  
mental.

**E**t quia mentis oratio tantò præstantior ea, quæ solùm ori exprimitur, fructum, eosq; quotidie nouis cumulat muneribus, in Deum quodam modo conuertens; ideo moniales, & Velatæ & Conuersæ, præter horas canonicas, aliasq; orationes, quas ex officio habere debent, quotidie in chorum vniuersa conuenientes; nisi necessariò impediuntur: saltem per horam, mentalem orationem adhibeant: semihora videlicet post matutinum, itemq; post nonam,

aut eam-

aut completorium; sublati ad Deum mentibus pijs, & salutaribus rebus contemplandis, præsertim verò, vitæ, doctrinamq; Domini Nostri Iesu Christi, atq; eius sanctæ Mysteria studiosè meditabuntur; Passionem videlicet, mortem, Resurrectionem, Ascensum in Cælum, extremum Aduentum ad iudicium, beatorum gloriam, & damnatorum supplicia; aliaq; eiusmodi, quæ ad Dei gloriam & propriam, proximorumq; salutem pertineant.

Quoniam verò à Tridentina Sancta Synodo prohibetur, nè in choro, vel monasterij sepiis, sed in Ecclesia publica sanctissimum Christi corpus conseruetur; efficiant superiores, ut eiusmodi decreto, vbique obtemperetur.

Diebus festis, vt otium à quo mala omnia oriuntur, euitetur; moniales tempus, quod sibi à diuinis officijs, & consuetis orationibus superfuerit; in sacra aliqua lectione consumant, quæ in Dei, & sui ipsius cognitionem eas ducat; viamq; monstret perfectionis, & æternæ vitæ. Idq; vel separatim, vel coniunctim faciant, cum huiusmodi lectio suavis, & fructuosa sit animarum oblectatio; vitia coerceat, ad virtutes inflammet, contra autem inanium librorum lectio mentes corrumpat. Quod nè accidat, superior, aut confessor omnes monasterij libros perspiciat, & recognoscat, singulas moniales in virtute obedientie suos proferre cogens.

Communis monialium conuictus erit, nihil præcedentiæ, & proprietatis prætendant, Qualiter omnia etiam vestes, nisi ex contagione omittatur, communes habeant; & aliquæ illas curent; suppellectilem inquirant, proprietarias puniant, inania eiiciant, & ne aliquid elargiantur. Cap. XVII.

**I**N omnibus monasterijs, quod ad cibum potum, somnum, vestitum, ceterasq; res atinet, omnes communiter viuant; vt à sacro Tridentino Concilio decretum est: neq; quidquam inter eas differat, aut alia alijs præferatur, aut post habeatur; quemadmodum votum paupertatis postulat: vt tuum, & meum, atq; omnis priuata rerum possessio, & re, & verbo omnino tollatur: omnis etiam superuacaneus, & inanis rerum vsus. Neq; vlla sit quæ quidquam possideat, aut adhibeat, vt proprium etiam si ad necessitatem concessum sit.

Omnes itaque monasterij proventus, cuiuscunque generis sint, elemosinæ etiam, & quæstus ex laboribus; liuelli præterea, legata, & bona mobilia, & immobilia quæ testamento relicta, & quæ donationis, vel alia quauis causa obtinuerint, à singulis monialibus ad communem Monasterij utilitatem conferantur, præsertim verò pro sua prudentia, & humanitate ex illis ipsis bonis eius necessitati potissimum consulat, ad quam pertinent, nisi obstaret paupertatis votum.

Vtq; omnis proprietatis occasio tollatur de monasterijs, confessores, ac præsertim, voti paupertatis accuratius seruandi gratia, monialibus suadere studebunt; vt curent omnes vestes lineas, laneas, vel pelliceas, aut cuiusuis generis in communi loco asseruandas: duasq; ex monialibus, quo tempo-

Seff. 25.  
& vlt. de  
Regul. c.  
10. verfi.  
Quod vs  
10.

Communis vita.  
c. 2. & c.  
Ad monasteriū.  
de statu  
monach.  
Concil.  
Tri. seff.  
25. d. Regul. ca. 1.  
& 2. Proprietas  
tollenda.

Vestes in  
communi.

re mutantur officia, ijs excutiendis, purgandis, & sarcieendis, beneficiendas: quæ etiam sororibus in singulas hebdomadas pro tempore, & ut usus ferat eas distribuant, nulla quæ uestes apud se habeat, præter eas, quæ ad quotidianum usum sunt necessariae.

Vestes e-  
grotantiu.

Aegrotarum verò uestes, contagionis nomine suspectæ, separatim custodiantur, aut apud illas ipsius relinquuntur.

Dona, quæ singulis mittuntur ad præfectam adferantur: nec ulla possit illa accipere, aut ad usum adhibere, nisi sciente, & consentiente præfecta; quæ in id omnino incumbere debet, ut ex monasterio, vitium proprietatis, tanquam multorum malorum causam, euellat, neque cuiquam permittat ut pecuniam apud se habeat.

Contra  
proprietatem.

Ter autem in singulos annos Præfecta unâ cum Discretis, cellas, & suppellectilem singularum monialium diligenter inquirat; scrutetur, ne ulla quidquam habeat propriam, aut plusquam quantum ei ad suum usum concessum fuerit.

c. 2. verfi.  
Quod si.  
d. def. 25.  
de Regu.

Quod, si quæ propriam aliquid temerè deprehensa, aut conuicta fuerit; eo biennio actiua, & passiuâ voce priuata sit, ex Tridentini Concilij decreto: atque etiam iuxta suam regulam, & ordinis constitutiones puniatur; multo quæ magis, quæ ex communi, aut ex eo, quod alicuius usus tributum sit, furtim sibi aliquid vindicauerit.

Si præterea speculum, catellas, unguenta, aut suffimenta; & huiusmodi inaniam rerum quidquam apud aliquam repertum fuerit; superior statim, id ex monasterio auferendum, & eam, apud quam inuentum fuerit, acriter puniendam curabit.

Monialis siue velata, siue conuersa sit, eleemosinam dare, largiri, aut vendere osculentas res, Vestes, aut bona cuiusvis generis sint, etiam si ad usum ei attributa sint, aut etiam legare, omnino non possit. Quæ secus fecerit velum, ei per mensem adimatur; ac ter se verberibus ad disciplinam affligere cogatur.

In quo tamen integrum sit præfectæ concedere facultatem; cui concedi debere iudicarit, aliquid deuotionis, ac religionis causa, vel aliud exiguum clarigendi propinquis, aut benemerentibus.

Ad mensam, quomodo accedant, discumbant, lectiones audiant, & recedant. Quo ve loco communi ocludendæ solæ in singulis cellulis semper patentibus, & visitandis dormiant. Cap. XVIII.

Mensa.

**A**D sonitum minoris campanæ omnes conueniant ad benedictionem mensæ, quam Præfecta, vel Vicaria, vel ipsis absentibus, antiquior Discreta faciat.

Deinde, loco, & ordine discumbentes, non prius discedant, quam Deo gratiæ actæ fuerint: quæ non obdierit, vno die obsonio priuetur; ac postremo loco in mensa sedere cogatur.

Mane, & Vesperi ad primam, ac secundam mensam aliquis spiritualis liber, qui ad religionem incendat, quotidie legatur, omnibus discumbentibus

cum silentio, attentione audientibus; ut una cum corpore mens etiam recreetur.

Vniuersæ moniales, si fieri possit, uno loco dormiant, ac à Præfecta, aut à Vicaria optimè concluso; cuius clauēs ab ipsa Præfecta afferuentur.

Singulae autem in singulis lectis, omnino dormiant, & singulis etiam cellis; si tanta ibi sit copia cellarum, ut omnes capere possint.

Cellæ verò diu noctuq; apertæ sint; ut præfecta in singulas horas inspicere eas possit.

Dato autem signo eundi cubitum, locoq; ubi dormitur, clauso, præfecta, aut eius Vicaria, aut aliqua ex discretis, omnes cellas visitet, ut, an omnes suis dormiant locis, animaduertat.

Dormitorium.

## Collocutionum locus qualiter muniendus. Cap. XIX.

**M**onialibus nulla quidem nimia diligentia videri debet ad eius thesauri custodiam, cuius causa propinquis, rei familiari, ac terrenis omnibus rebus, curisq; renuntiantes, in septa monasterij se incluserunt.

Ut igitur sanctum earum propositum, ea ex parte, quæ diaboli insidijs maxime patet, communiatur; curent superiores, ut ad omnes fenestellas, ubi colloquendum sit, duo ferrei clathri, seu cancelli construantur, qui saltem palmo distent alter ab altero, & inter virgas ferreas quibus singuli cancelli compacti sunt non plus omnino, quam vnica intersit. Sint autem virgæ ita solidæ, ut neque facile frangi, neque flecti possint.

Intimo uerò cancello, quo moniales ad colloquendum accedunt, ferrea lamina appingatur, quæ moueri nequeat: sitq; exiguis foraminibus, ad audiendum tantum commoditatem perforata; cui lineus pannus nigri coloris, ligneis tabellis affixus, instar fenestræ, quæ aperiri possit, cum erit colloquendum, apponatur.

In ea lamina fieri possit quadrata fenestellula nouem tantummodo vnicularum; cuius clauis à præfecta custodiatur: Neque eam fenestellulam aperire liceat, nisi quo tempore colloquendum sit cum Episcopo, vel ordinis superioribus; aut cum parentibus, & fratribus monialium, & alijs arctæ propinquitate generis coniunctis: aut cum instrumentum aliquod confici, vel sacrum sermonem audiri oporteat.

Claustra.

Vid. infr. co. c. 56.

Loci collocutionum, Ostia quando claudenda, & aperienda. Qualiter prouidendum nè moniales exteriorem, nec alij interiorem ecclesiam introspeciant. Cap. XX.

**O**STIA locorum, quæ collocutioni solum, & intus, & foris, sunt attributa, semper clausa sint; quorum clauēs sint apud antiquissimam earum monialium, quæ audiendis sermonibus sint præpositæ: nec, nisi, cum opus sit longiori collocutioni, aperiuntur. Cæterum ianatrix, ex clathrata ianua fenestellula, ianua tamen clausa; Rotariæ; ex rota, respondebunt pulsantibus.

Loca autem intus, & foris collocutioni attributa, cum ibi sint, qui loquantur, semper pateant, ut quinam sint, videri possint.

Ostia, per quæ à septis monasterij in exteriorem Ecclesiam patet aditus;

si quis



Bulla edi-  
ta 3. Cal.  
Ian. 1572  
in Bul. in  
ter eius-  
dē Pont.  
Constit.  
nu. 13. in-  
cipit  
Deo fa-  
ctis. Vid.  
inf. c. 49.  
& 50.

si quæ ad huc sunt, ad mensam muro obstruantur. Siquid in hoc præfectæ culpa, vel negligentia commissum fuerit; ea, & officio, & velo superioris arbitrio, priuatur, & puniatur, ad præscriptum Bullæ Gregorij XIII. super hoc editæ.

Omnes fenestræ, & cancelli, & quicumque locus, per quem moniales externam Ecclesiam introspicere possint, in ædificentur, præter fenestram, in qua collocata est rota; & fenestellulam ad solum Sacrosanctæ Eucharistiæ sumenda & usum constitutam: ac illam fenestram per quam corpus, & sanguinem Domini Nostri Iesu Christi, à Sacerdote celebrante elatum, aspicerent possint.

Ea fenestra perpetuò lineo panno contecta sit; qui tantummodo, cum suscolitur Sacrosanctæ Eucharistiæ, amoveatur, fenestræ autem ratio sit eiusmodi, ut Sacerdos ex altari moniales intueri nequeat: & fiat ad præscriptum libelli fabricæ Ecclesiasticæ.

Nè ex ædibus virorum monasteria introspiciantur. Propè etiam mulieres, quæ turpiter degunt, & alia agi prohibentur. Cap. XXI.

Inf. co. c.  
59.

**C**urent Episcopus, & alij superiores, nè è vicinorum ædibus, quicumque illi sint, monasteria inspiciantur: maximè verò si fratrum cuiusvis ordinis, aut præbyterorum ædes illis immineant: quo casu parietes altius tolli, & novos ædificari iubeant, eorum sumptibus, quorum Episcopus, & ij, qui in monasteriorum curatores sunt, interesse iudicauerint, quacunque appellatione remota.

Quamobrem etiam secularium magistratum auxilium implorent, ut monialibus ab externorum hominum aspectu, & auditu liberis, securè per monasterium ambulare liceat.

Regulares viri in posterum, nè in ea loca migrent, neve areas, monasterijs monialium proximas, ædificandi causa emant; unde monialium aspectus fieri possit.

Moniales item monasteriorum ædificatione vicina regularium virorum ædibus, aut ijs locis, unde ipse ab illis inspicere possint, in posterum prohibemus.

Ædes proxime monasterijs Sacramentalium famosis mulieribus nè locentur. Neve ibidem spectacula, cantus, saltus, ludi; & huiusmodi profanæ res, & inanæ exerceantur; quæ eas à sacro officio auocare, aut ipsis offensionis causam præbere, possint.

Nè septa monasterii, nisi ex causa legitima egrediantur. Cap. XII.

**Q**uemadmodum à Sacro Tridentino Concilio<sup>a</sup> sancitum est, moniali professe, nulla ratione, è monasterij septis egredi liceat; nisi ex causa legitima, secundum constitutionem Pij Quinti, b quæ causa ab Episcopo sit examinanda.

a c. 1. in  
princ. de  
stat. Reg.  
in 6. Sess.  
25. à Re-  
gul. ca. 5.  
verf. Ne-  
mini at.  
b Cõst.  
Pij V.  
Cal. Feb.  
1569. in-  
cip. Deco-  
ri i Bull.  
n. 100. in  
ter Cõst.  
eiusdem  
Pont.

Apostatæ,

Apostata, & fugitiua, vbi & qualiter reducenda. Quæ verò externos intra septa introduxerint, quomodo puniendæ.

## Cap. XXIII.

**A**postata, & fugitiua, quæ cum sacro vestitu, aut sine eo vagantur non sine scandalo religionis; ab Episcopo, cæterisque earum superioribus petito etiam, si opus fuerit, secularium Principum auxilio, ad sua monasteria redire cogantur; vbi ibi dignas pœnas pendant suorum scelerum. Quod si superioribus in monasteria restitui debere minimè videantur; in earum mulierum numerum, quas Conuertitas vocant, cum bonis, quæ attulerunt ad monasterium, adscribantur. Ea autem bona, illis mortuis, Priori Monasterio restituantur ex auctoritate huius Prouinciæ concessa.

Si quæ monialis in monasterij septa marem, aut fœminam, cuiusvis ætatis, conditionisve, etiam matres, aut sorores sint, introduxerit; tribus mensibus in carcerem concludatur: eiq; singulis sextis feriis ieiunanti, nihil, præter panem, & aquam, ad cibum, & potum adhibeatur; atq; ad annum velum adimatur. Eandem pœnam subeant, quæ ianua, & rota præpositæ fuerint; præsertim etiam, & quæuis aliæ, quarum consensu id commissum sit; vltra pœnam excommunicationis Papalis, a quam incurrunt.

a Bulla Greg. 13. Idi. Iun. 1575. inter eius. Bul. n. 36 incipit. vbi Gratia.

Introeuntes septa monasterii sine necessitate ab Episcopo approbanda, qualiter puniantur. Ibiq; iumenta non alantur. Cap. XXIII.

**Q**uicumq; verò Clericus, siue secularis, siue regularis, cuiuscunq; ordinis, aut laicus cuiuscunq; status, dignitatis, gradus, conditionis, ipsarum monialium septa interdum, vel noctu introire ausus fuerit; præter excommunicationis pœnam, quam ex Concilij Tridentini decreto, ipso iure, & constitutionis Apostolicæ, subit; alijs etiam grauissimis pœnis, habita persona, criminisq; ratione, puniatur. Et si Ecclesiasticus sit, aut beneficia obtineat; suorum etiam ordinum munere, & priuationis beneficiorum, ex Ordinarij voluntate prohibeatur; suisq; omnibus beneficijs priuetur. Quo decreto excipimus eos, quibus ob necessariam monasterio eorum operam, & industriam, Ordinarius septa ingrediendi facultatem, quot annis renouandam, scripto permisit. Is autem meminerit, sibi, à Tridentino Concilio, & constitutione Apostolica ius ademptum esse eiusmodi facultates concedendi; nisi in casibus necessarijs: Ideoq; caueat, ne, quæ intus officia moniales obire possunt, ad ea præstanta externi in septa monasterij introducantur: atque vt in hac necessitate dignoscenda vna, eademq; ratio vbiq; seruetur, & ille facile concedendi vsus coerceatur; Episcopus, adhibitis in consilium omnibus Monasteriorum superioribus, etiam regularibus statuatur, ac præscribat, quæ opera in monasterijs necessarium externorum ingressum requirant. Quam verò rationem in hac re præscripserit; ea ab omnibus, etiam regularibus, inuiolatè seruetur.

sess. 25. de Regu. c. 5. ver. ingred. autem Bul. Gregorij à qua tu pri.

Concil. Trident. d. c. 5. & constit. Greg. 13. proximi sup. cita. Inci. vbi gratia.

In septis monasteriorū, boues, equi, & iumenta cuiusuis generis nō alantur  
Si contra fiet, præfecta tres menses ob officij sui munere amoueat.

Quæ debeat licentia; & cui præsentanda, vt ad fenestellam, non alibi, cum externo breuiter, & præsentibus auscultatricibus extra tamen quædam tempora, colloquantur.

Auditave qualiter reticeant, & nē fallantur caueant. Cap. XXV.

Non lo-  
quantur  
monia-  
les cum  
externis.

**M**oniales cum nemine externo omnino colloquantur; nisi is licentiam scriptam, & ob signatam ab Ordinario, aut ab eo, quem is suo nomine substituerit; atque in cancellaria Episcopali gratis descriptam attulerit. Quæ contra id fecerit, priuetur trium mensium facultate loquendi cum externis omnibus cuiusuis sexus, etiam propinquis: cogaturq; singulis sextis feriis eius temporis, disciplina nomine, flagella sibi publicè adhibere, & orare eo psalmo, Miserere mei Deus.

Licentiæ autem scripto permissa accipiuntur ab ijs, quæ rotæ sint præpositæ; priusq; ad Præfectam deferantur, quàm illæ accersantur, quæ scripto nominatæ sint, Præfecta, vbi scriptum legerit, manumq; & signum eius agnouerit, cuius officium sit facultatem colloquendi concedere, benedictione adhibita, permittat ijs, quæ scripto nominantur; vt cum illis tantummodo colloquantur, qui nominatim descripti sint. Idq; ad communem colloquutionis fenestellam, non ad ianuam, neq; in Ecclesia, aut alibi, præsentibus semper monialibus arbitris, ei muneri præfectis. Quæ verò ad colloquendum accesserint, breui finem loquendi faciant: caueantq; nē tempus, quo nihil est, pretiosius, inani, aut inutili sermone consumant.

Non est ferendum, vt Moniales, præsertim sacris diebus aberrantes ab oratione, ceterisq; pijs exercitationibus, sermonibus minimè necessarijs tempus consumant: idcirco, quibus diebus sumitur Sacrosancta Eucharistia; & quoties dies festi ex præcepto Ecclesiæ celebrantur; tempore etiam Aduentus, & Quadragesimæ; in Vigilijs præterea de præcepto; omni deniq; tempore, cū diuina fiunt; moniales cum externo nemine omnino colloqui possint: nisi necessitas ita postulet.

Moniales verò, tam quæ audiendis sermonibus præpositæ sunt, quàm illæ, quæ loquentur; nē monasterium absurdis, et inanibus rumoribus compleatur; nemine omnino communicent, quæ ab externis acceperint: nisi cum præfecta, si eis expedire videbitur, vt aliqua ad eandem referantur.

Viligent præfectæ, & quæ sermonibus audiendis præpositæ sunt, nē quisquam ad colloquendum cum monialibus accedat, simulato eius nomine, qui scripta licentia nominatur.

Quicumq; præter patres, & fratres sine licentia moniales alloquantur, qualiter puniantur. Cap. XXVI.

**Q**uicumque verò Clericus siue secularis, siue regularis, cuiuscunq; ordinis, aut laicus cuiuscunq; status, dignitatis, gradus, & conditionis,

ad mo-

ad monialium monasteria acceſſerit, & cum earum aliqua, non impetrata, (vt præſcriptum eſt) colloquendi facultate, ſermonem habuerit; grauiter puniatur.

Hoc autem ediſto neq; Patres, neq; fratres teneri volumus; quibus, non impetrata illa colloquendi facultate, ſed ſeruatis cæteris regulis, hac ipſa de re latis, cum filiabus, & ſororibus tantùm colloqui licebit.

Pater & mater loquantur ſine licentia. vide inf. eo. s. 111.

Qualiter non pro cantu, ſed organi ſono colloquendi, ædificandi, & pullandi detur licentia. Qualiterq; non alienas veſtes induant, offulas conficiant, ac literas mittant, & recipiant; ſed ex prius præſecta præſententur.

Cap. XXVII.

**N**emini omnino, neque Clerico, neque laico, neque mari, neque fæminæ liceat adire Monasteria monialium, docendi cauſa cantum, quem figuratum vocant.

In ijs tamen Monasterijs, in quibus non exteriori Eccleſia à ſecularibus, ſed intus à monialibus organo ſonatur; permittere poterit ſuperior pro nunc alicui viro, moribus, & ætate ab Epifcopo probato, vt foris ad fenefteſtella collocutionis, monialem organiſtam tantùm ſonandi artem edoceat; ſi in eo ſtudij genere plus proficere neceſſe habeat. Sed in futurum quamprimum aliqua nouitia recipiatur, quæ ſonare nouerit.

Hæc autem intus, ad ipſam fenefteſtella diſcens, commorabitur: cui ſemper adſiſtent duæ ex ijs, quæ audiendis ſermonibus præpoſitæ ſunt.

Quæ contrafecerit, ſiue Præſecta, ſiue alia, velo priuetur; alijsq; præterea pænis afficiatur, arbitrato ſuperioris.

Organum autem in poſterum ne conſtituatur; niſi locus, in quo aptè locetur, ſuperioris iudicio, ante probetur.

Moniales, ne animi quidem relaxandi cauſa, ſecularium virili, aut muliebri veſtitu vtantur: cum dedecet Dei famulas, veſtes, ab earum profeſſione alienas, induere; verùm, decore ſemper ſeruato omnium, & temporum, & actionum, permittente Præſecta, honeſtè, & quemadmodum ſacras Deo virgines decet, animum remittere licebit.

Moniales etiam ne offulas, aut cætera huiusmodi conficiant, donandi gratia, prohibemus; propter temporis iacturam, & ſumptum, qui in eas impenditur. Quæ contra decretum, aliud commiſerit, vel permiſerit; ſuperioris arbitrato puniatur: maxime verò in præſectam animaduertatur, ſi ipſa id permiſerit.

Inf. eod. c. 66. exte ditur ad uendentes.

Nulli Moniali fas ſit, ad quemquam ſecretè literas ſcribere; præter ſuperiorem, & Epifcopum, ſi de aliqua graui re eſſet admonendus.

Neque ad ſe miſſas literas aperire & legere; niſi Præſecta prius eas coram Vicaria legerit; aut, ſe præſente, legi iuſſerit.

Quæ contra hanc legem, aut ſcripſerit, aut acceperit literas; per duos menses à ſua cella pedem non efferat; & ſingulis ſextis ferijs, ita ieiunare co-

gatur,

gatur, ut tantum pane, & aqua vescatur. At si ea litera suspicionem aliquam criminis haberent; ea, ad quam scripta fuerunt, propter prædictam penam, sex menses, & facultate loquendi ad fenestellam monialium colloquutionis, & velo priuetur.

Verum, ne Prefacta falli possit, fidei ei literis ostensis, quæ aliæ sint ab acceptis, & ab illis, per quas responsum est; quæ rotæ præpositæ fuere inter omnes accipient; literas, quæ ad monasterium peruenerint; easque, statim ad Prefectam afferent: à qua etiam literas à monialibus scriptas accipient causas, & obsignatas coram eadem ipsas; quas deinceps nuntijs externis tradent.

A conuersis, quibus de licentia exeundum est è monasterio, quæ præstanda. Cap. XXVIII.

Conuer-  
se.

**C**onuersis, si ad minimum quadraginta annos natis, & superiori probatis, facultas sit exeundi è septis monasterij; si à sancta Sede Apostolica concessa eis fuerit, propter negotia monasterio necessaria; permittente tamen Prefecta, quotiescunque exeundum fuerit.

Cui liberum sit etiam licentia obtenta non uti, & eas, si ita videbitur, intra septa semper retinere: quod ut faciat, eam vehementer cohortamur.

Exeuntes verò, binæ prodeant; neque longius discedant, altera, ab altera, quam ut se inuicem aspicerent, & audire possint.

Quibus si ex vrbe egredi contigerit, semper in eodem lecto somnũ capiunt. Caueantque, ne in cuiusquam famosæ personæ domum introeant; etiam si illa de monasterio benemerita fuerit.

Neve in domicilijs, ubi alię honestę mulieres non habitent, pernoscant.

Neve literas, aut mandata clam perferant.

Aut, quidquam inane monialibus renuntient, quod foris viderint, aut audierint.

Delinquentibus pœna sit, carcer; aut etiam grauior, arbitrato superioris.

Puellæ educendæ cum licentia recipiendæ. Quæ caueant, & obseruabunt, quantum, & quando perfoluant. Si quæ monialis esse velit, quid agendum. Ne externas quædam doceant, monialibus interdicitur. Cap. XXIX.

Puelle  
educendæ.

**I**n posterum puellę, educationis causa, in monasteria ne recipiantur sine licentia; & seruatã forma à sancta Sede Apostolica præscripta.

Cum propinquis, alijsve externis ne colloquantur puellę; nisi eisdem seruitis, quæ de monialibus eo in genere decreta sunt.

Dormiant, cibum capiant, versenturque, loco separato à monialibus; exceptis, quæ ipsis regendis, & instituendis præpositę sunt: cum nullaq; moniali consuetudinem habeant, præterquam in ecclesia; cum Missa, aut aliis na officia celebrantur.

Puellarum alimenti, & educationis causa quotannis monasterio non minus soluatur triginta sex aureis; cuius pecunię, dimidiũ in singulos sex menses

reprę-

representetur. Quod si ea pecunia per ipsos sex menses non numerata fuerit; puellæ ad suos remittantur; qui monasterio omnino satisfacere cogantur.

Quæcunq; ex ijs puellis monialis fieri uoluerit, si ita iudicauerit Episcopus, ad propinquos suos mittatur, aut ad eos, qui ipsius curam habent: apud quos saltem per mensem maneat, priusquam ab Episcopo, aut ab eius ministris, examinetur. Idq; ut facilius, ac melius eius libera uoluntas exquiri, & explorari possit. Puellas uero, domi suæ foris uiuentes, neque literas, neque ullam omnino artem monialibus docere liceat; ne ad fenestellas quidem, aliæ uel collocationis loca: quod si id monialium præfecta quouis modo permiserit; semestri administrandi officio priuetur.

Quales Concionatores, & Confessores adhibendi, ac ij quid præstabunt. Quando septa ingrediuntur; & tunc aliæque quid monialibus agendum.

Cap. XXX.

**Q**ui Monasterijs præsent, doctos, prudentes, ac pios concionatores adhibeant; qui bis saltem in singulos menses ad cancellos collocationis monialium, uel ad fenestellas Ecclesiæ, Dei uerbum prædicent; easq; erudiant in omnibus, quæ ad Dei cultum, & sempiternam salutem consequendam pertinent.

Concionatores monialium.

Concionatoribus autem ne liceat cum monialibus separatim colloqui; nisi eis à superiore monasterij licentia permittatur.

Præficiantur etiam monialibus confessores, & ætate prouecti, & prudentes, & Deum timentes, qui semel saltem in singulos menses audiant peccata monialium; eisq; Sacrosanctam Eucharistiam administrant, quemadmodum Sacrum Tridentinum Concilium debere censuit.

Iidem monasterij septa ingredi non possint; excepta causa administrandi Sacramenta ægrotis monialibus, cum graui, & periculoso morbo laborant.

Quo tempore, dum intra septa commorantur, eos duæ, aut tres moniales, quæ ætate cæteris præsent, comitentur: Eademq; omnes prosequantur, quicunque septa monasterij introierint, etiam superiores, ac uisitatores, facta prius significatione sonitu minoris campanæ monialibus se recipiendi. Quam consuetudinem nisi præfecta seruauerit, officio moueatur, superioris arbitrio.

Clæ. Ne in agro. §. sanè, de statu Monac. Cõc. Tri dēt. Sess. 25. de regul. c. 10.

Quæ confessoribus interdicanur; confessionaliæ uel qualia esse debent. Cap. XXXI.

**C**onfessores in monasteriorum locis, quos foresterias uocant, cibi capiendi causa ne morentur; nisi confessionis tempore.

Neque tum etiam ibi noctu cubent; nisi cum alicui ex monialium numero mors instaret, ut præsto esse possint administrandis Sacramentis, & reliquis pietatis officijs; aut cum propinquum monasterio domicilium non habent; ut in monasterijs, quæ sunt in diœcesi.

Nemini autem Confessori assidue habitare liceat foris in foresterijs, et adibus monialium; aut earum sumptibus ibi uiuere, Nec, si in ijs locis dormitur, quæ monasterium attingunt, fenestræ, aut rotæ sint; & si sunt, statim muro obstruantur; vt nihil à monialibus, quod in eo loco agatur, aut dicatur, aspici, aut audiri possit.

Clathri lamina, & linea tela fenestellula eius loci, vbi moniales confitentur, ita compactè cohæreant, vt remoueri non possint: & inde tantum audiri; aspici autem nullo modo possint.

Qui verò confessores in ijs deliquerint, statim, & officio priuentur; & facultas tum ad eundem illud monasterium, tum diuina administrandi eis, arbitrio superioris, adimatur.

Qualiter confessarius extraordinarius sit adhibendus.

Cap. XXXI I.

Sess. 25.  
c. 10. superius citato.

**P**raterea ex decreto Sacri Tridentini Concilij quotannis idoneus Confessor extraordinarius monialibus adhibeatur; cui curent, ut uniuersa confiteantur; vt, quæ huiusmodi indigent medicina, propter aliquem occultum animi morbum, neque ipsa eam postulare, aut accipere ab vfitato confessore vnquam audeant; liberius mederi suis malis possint, ac diaboli laqueos enadere; vna cum reliquis Confessori nouo sua peccata confitendo.

Sacerdotes ibidem cum licentia, & prius deligendi celebrent; à quibusve caueant. Pro earum die festo obseruandum. Qui ad famulatum, & alij vt introeant necessarij qualiter approbandi. Cap. XXXII I.

**S**acerdotes, qui in monialium Ecclesijs publicis missam celebraturi sunt, bene audiant; & bonis moribus sint; & ab eo etiam approbati, qui monasterio presidet.

Ex quibus, qui à monialibus mercede conducuntur, non ab illis, sed ab Ordinario, aut eius iussu à Confessore monialium deligantur.

Qui, nisi eis facultas scripto concessa sit, cum monialibus ne colloquantur; nisi cum ijs qui sacristia presunt: quibus cum ad rotam Ecclesie quam breuissime loquantur de his tantummodo rebus, quæ ad missæ sacrificium sint necessaria.

Non inanes apparatus fiant, cum dies festus Ecclesie monialium celebratus; sed pijs, ac modesti, & qui religionem præsferant.

Quo non admittantur musici, figuratum cantum, aut quod uis musicum instrumentum adhibentes; sed moniales ipsæ solæ cantent, aut sonent.

Præfeta monialium neminem ad monasterij famulatum, & procuratoriam admittat, cuius ætas, & mores probati non sint, arbitrio Ordinarij.

Eiusdem etiam sit approbatio eorum, qui nunc monialibus inserviunt: quos in numero Medici, Tonsores, Furno, aut Pistrino prepositi, ceteriq; omnes intelligantur, quibus in monialium septa introeundum sit.

Qua-

Qualiter, & quæ constitutiones iugiter legendæ, & vt obseruentur vulgarizandæ: monialesque cohortandæ, & compellendæ.

Arctiorumve nulla derogatio fiat.

Cap. XXXIIII.

**Q**uia moniales, quæ professæ sunt, non solum Dei, et Sanctæ Ecclesiæ præcepta, quæ christianis omnibus præscripta sunt, sed etiam suæ regulæ, & ordinis leges, & instituta seruare debent; opere pretium erit, illis suæ vocationis, & professionis debitum officium in memoriam quàm sepiissime reuocare. Ideo in Virtute Sanctæ obedientiæ præcipimus, ut in singulis monasterijs ab aliqua moniali, ceteris professis audientibus, quotidie legatur, saltem caput unum constitutionum, regulæ, aut ordinis, cui adstrictæ sunt: cuius lectio nis initium fiat à primo, & ita precedatur ad extremum; ac deinceps ad primum caput redeatur: vt eodem ordine, ac progressionem seruata, nunquam sacræ huius exercitationis usus intermittatur. Præterea omnes constitutiones presentis tituli frequenter legi iubemus, ut crebra salutarium præceptorum commemoratione euadant.

Legenda  
Regula.

Qua in re præfectam monemus, vt ceteras ad summam legum obseruationem non minus exemplo suo inuitet, quàm auctoritate compellat. Denique præcipitur omnibus monialium confessoribus, ut illis uniuersis semel legant, & explicent omnia hæc decreta, in vulgarem sermonem conuersa, eaq; ut omnino, quemadmodum debent, seruent, vehementer cohortentur.

Quæ moniales arctioribus constitutionum, regulæq; uinculis adstrictæ uiuunt, non is est animi nostri sensus, ut ab illis susceptæ uitæ institutis discedant, sed unâ cum ijs, hæc quoq; decreta ab illis seruari iubemus.

Ante professionem, quæ tantum pro puella recipi possunt.

Cap. XXXV.

**V**T Tridentinæ constitutioni, quæ est de reformatione Regularium cap. 16. fraus nulla fiat, illud Episcopus pœna anathematis, & dantibus, & recipientibus proposita interdicit, nè Moniales à puellæ, quæ regularem habitum in earum Monasterio susceptura est, parentibus, uel consanguineis, uel curatoribus, nec uerò ab alijs, quibus ipsi, ob id sponsione caueant, si ita ex causa aliquando Episcopus iudicauerit, pecuniam mutuo, aut depositi aliove quouis nomine sumant, antequam illa professionem regularem confecerit.

Episcopus præterea tum impensas estimet, quæ & in religionis ingressu & tempore professionis fieri solent pro uestitu, aut pro alijs rebus, ad ipsius puellæ, uel Monasterij usum, commoditatem ue pertinentibus, tum pecuniæ etiam summam præscribat, quam puella alimentorum nomine Monasterio det, nisi census, aut alia bona immobilia, quorum annui fructus, eiusdem iudicio, ad ea alimenta satis sunt, Monasterio attribuantur.



Quæ sanctio de numero monialium statuendo; eleemosynis, & clausura præsertim, & omnino seruanda, etiam in monasterijs Regularium curæ commissis.

## Cap. XXXVI.

Vid. sup. eo. c. 20. c. 22. t. 23. vbi Consi. lit. De numero vide per scriptas conf. Cōcil. Trid. sess. 25. de Regu. cap. 3.

**Q**uod Gregorius XIII. de monialibus sancit, id executioni mandatur, & executum conseruetur quàm diligentissimè, præsertim quod de certo earum numero constituendo decreuit, quod de eleemosynis præstandis, quod de ostiolo obstruendo, quo aditus è monasterio patet ad exteriorem Ecclesiam, quod de clausura ab eisdem non violanda, & à conuersis etiam seruanda, præscripsit. Idq; omne omnino executionem habeat, cum in monasterijs, quorum curam gerit Episcopus, tum in illis Regularium curationi commissis, eiusdem constitutionis auctoritate.

Si quæ autem moniales, conuersæve non ijs paruerint, quæ eadem sanctione de clausura statuta sunt; pœna Violatæ clausuræ plebentur.

Quando non confirmatæ regularem habitum non induant.

## Cap. XXXVII.

**P**uella, quæ regularem habitum induere voluerint, ne eo habitu induantur, antequam confirmationis Sacramentum susceperint; si facultas sit breui illud suscipiendi.

Vid. inf. eo. c. 92. & sequē. Sub diē 23. Octo. 1566. interius cōstit. i. Bul. n. 22. fol. 952. Incipit Regulariū, quæ tamē de Monialium Monasterijs specialit. non loquit, d. qbus fanē hoc expresse cauetur. Constit. Gre. xij. Idib. lunij 1575. in Bull. an. 36. folio 1239. an. p. est initium vbi gratia.

Qui confessor extraordinarius non eligendus. Ordinarius qualiter nihil accipiat. Constitutio nē mulieres monasteria ingrediantur quoties promulganda.

## Cap. XXXVIII.

**Q**ui ordinarius confessor in aliquo Monialium monasterio constitutus aliquando fuerit, ne idem ad earum confessiones extraordinariè audientas mittatur; si modò non aliter quandoq; Episcopus censuerit.

Confessarij Monialium ab eis, aut singulis, aut vniuersis, aut ab earum Præf. Et, ne Monasterij quidem nomine, quidquam etiam minimum donæ accipiant: nisi si quid eis annua certæ portio, Episcopi iussu, datur ad vitæ sustentationem.

Constitutio illa, quæ à Pio V. interdictum est, omnes cuiusvis ordinis mulieres, etiam generis splendore, aut dignitate illustres, Monasteria ingredi, quotannis semel, atq; adeo sæpius, certis festis diebus, Episcopi arbitrio, promulgetur.

Ianuarum quot monasterij habendæ. Cap. XXXIX.

**M**onasterij, ianuas, per quas ad illius septa aditus pateat, duas habeat; & alias præterea nullas, quarum duarum ianuarum, una iumentis curribus, uehiculisq; agendis, altera alijs vsibus, & commodis necessarijs inseruiat. Quo autem in Monasterio una tantum ad omnem tum actum, tum usum satis esse videbitur, in eo illa duntaxat vna sit.

Ianuarum

Ianua quales esse debeant. Cap. X L.

**I**Anua utraq; e duplici asere, eoq; firmo constet; ac sine ulla item sit, ne minima quidem rimula: limen e marmore, solideve lapide habeat, quod strictim ipsi portę cohareseat.

Alterā, & quomodo esse debeat, Ianua, per quam currus, & iumenta ingrediuntur. Cap. X L I.

**I**Anua curruum, iumentorumve altera ex asseribus firmis, ad cancelli speciem confecta, in monasterio ipso adiungatur, quæ a prima ianua paululum distet; formaq; sit in fabricæ Ecclesiasticæ instructionibus demonstrata.

Ad alteram ianuam quæ constituentur Ianitricæ, & qualiter omnes clauibus sint obserandæ. Cap. X L I I.

**A**D ianuam alteram, alijs vsibus accommodatam, cui rota, quam tornum vocant, adiungetur, moniales duę semper assistant quæ ianitricæ constituentur.

Singule hæ tres ianue clauibus duabus, fabрили opere inter se diuersis, claudantur; quarum unam, etiam die, monasterij præfecta; alteram monialis, quæ professione anterior est, apud se perpetud habeat.

Tantummodo quatuor rotæ pro Monasterio, & vbi habendæ.

Cibusque hospitum vnde exponendus.

Cap. X L I I I.

**R**otæ omnes amoueantur, atq; obstruantur, ac in posterum uetite perpetud sint; præter illam ianue communi adiunctam; & alteram in loco, quem parlatorium uocant, extructam; & tertiam, quæ est in cellula Confessionum; & quartam in Ecclesia ad sacras vestes, & ornamenta missę sacro necessaria e monasterio exponenda accommodatam.

Cibus uerò in omni monasterij hospitio, etiam confessarij, e rota communi exponatur.

Rotæ nè extrinsecus verti possint, qualiter muniendæ.

Cap. X L I I I I.

**S**ingulis rotis a parte anteriori monasterij vncus firmiter impactus sit, nè pro libito verti extrinsecus queant.

Si plura erunt parlatoria, rota vna pro omnibus sufficiat.

Cap. X L V.

**S**I uerò loca, vt dicunt parlatoria, complura erunt; in uno tantum, aut in altero ad summum, superiorum iudicio, rota sit.

Rota Ecclesie qualiter clauibus occludenda. Cap. XLVI.

**R**ote, quę in Ecclesiam spectat, ualuę lignę & binę, apponantur; alterę interiorę, quarum clauis a Pręfeta teneatur; alterę exteriorę, quarum clauis apud Capellanum sit, alium uę, qui superiori uidebitur.

Rotarum quantitas quomodo dimetienda, & habenda.

Cap. XLVII.

**R**otarum altitudo ne maior sit cubito, & uncijs octo; latitudo autem cubitalis.

Rota confessionum minor ab omni parte sit dimidia prescripta quantitate.

Quę nec minima apertura versus Ecclesiam exteriorę habenda. Cap. XLVIII.

**N**ulla fenestra, præter illas, primo Concilio Prouinciali nominatim prescriptas, e monasterio in Ecclesiam, sacristiam uę exteriorę spectet ac ne una quidem, ne dum foramen ullum in ea extet, unde aspectus, aut collocutio fieri possit.

Fenestra altaris quanta esse, & clathris qualiter muniri debeat.

Cap. XLIX.

Vid. sup.  
c. 20. fol.

**F**enestra, qua Sanctissima Eucharistia eleuatio prospicitur altius ne pateat cubitis duobus, & uncijs duodecim, latę uerõ, ut altaris latitudo est.

Qua fenestra clathra ferrea duo, palmi spatio inter se distantia, firmiter configantur. Virgę autem ferreę, quibus clathra compacta sunt, singulę inter se distent, non amplius uncijs tribus.

Sint autem inter se insertę ita, ut loco suo dimoueri non queant.

Clauis, quę a præfeta asseruetur, qualiter fenestra prædicta occludatur, & ubi non sit, quando super altare construatur.

Cap. L.

**C**laudantur autem fenestrę ab interiori parte firmis ualujs, ferra, & clauis, quę apud præfeta asseruetur. Ubi autem illa e latere altaris, Ecclesie uę, aut alio loco, etiam superiori, est; unde moniales eos, qui in Ecclesia exteriorę sunt, spectare possunt; efficiat Episcopus quamprimum, ut super altare, unde missę sacrificium moniales inueniunt, ad instructionum præscriptum extruatur: laterali illa, alia uę, quęcunque sit, penitus obstructa.

Fenestella communionis qualiter construatur, & clauis occludatur. Cap. LI.

**F**enestella ad Ecclesiam uersus spectans, per quam moniales sacram Eucharistiam sumunt; ita altę, aptę q; construatur, ut Sacerdos illam ministrat.

do commodè stet, non genua spectat. Cui fenestellæ extrinsecus ualuula lignæ præter illas, quæ modò sunt, apponantur; quæ parietem æquent, earumq; clauis apud confessorium perpetuò sit.

Sanctissimum Sacramentum ubi, & cum quibus luminaribus tenendum. Cap. L I I.

Sanctissimum Sacramentum ne alibi, quàm in altare maiori aseruetur; Sui lampas in Ecclesia interiori semper præluceat; & in exteriori, cum illius fores patebunt.

Sacrarum reliquiarum fenestella qualiter habenda, & tribus clauibus occludenda. Cap. L I I I.

Reliquiæ sacræ in fenestella recondantur, quæ ad instructionum nostrarum præscriptum, in pariete Ecclesiæ interioris ex ædificata, ab ea tantum parte, quæ ad exteriorem Ecclesiæ spectat, aperiri possit. Claudatur autem hæc fenestella tribus clauibus, diuerso opere confectis; quarum una apud Episcopum, altera apud Confessorium, tertia apud Monasterij præfectam sit.

Fenestella confessionum quanta, quomodo munita, & qualiter oblecta esse debeat. Cap. L I I I I.

Fenestella Confessionum altè uncias sexdecim, latè duodecim, nec uerò amplius pateat; septa autem sit firmis clathris ferreis ad formæ præscriptæ rationem, & lamina item ferrea bene solida, parieti firmissimè agglutinata, & foraminum, instar Cicerum tenuium pleno, panno lineo nigro obducta: qui pannus ligneis tabellis sic affigatur, ut non facile amoueat.

Parlatoria quomodo ædificanda, & accommodanda. Cap. L V.

Loca colloctionum interna, parlatoria uulgo uocata, quæ in posterum fient; una, eademq; spatij circumscriptione, nullo interiecto pariete, contineantur, & ad formæ, qua iam pleraq; ex ædificata sunt, modum accommodentur, ubi id non magno incommodo fieri poterit, sive ab eisdem auscultatribus omnes possint colloctiones exaudiri.

Fenestra laminæ parlatorij quando non aperienda. Cap. L V I.

Næ fenestra laminæ ferreæ; ut primo Concilio Prouinciali cautum est, vnquam aperiatur; nisi perrard, & ob causam, quam urgentem Episcopus iudicabit.

Vide sup.  
eo. ca. 19.

A loco hospitij in monasterium introspecti posse prohibetur.

Cap. L V I I.

**N**E in locis ad hospitij usum extructis, quæ foresteria nominantur, ubi interdum ob urgentem necessitatem, aut cibus capitur, aut dormitur, fenestræ vllg, ne exiguæ quidem, insint, quæ in Monasterium spectent.

Ne illis Monasterij alia tecta compaignentur curandum.

Cap. L V I I I.

**T**ecta hospitij, & aliarum, cuiusvis generis domorum, à monasterij tectis, vt separata penitus, ac valde disiuncta sint, curetur omnino.

Ne è vicinis ædibus in monasterijs prospiciatur qualiter providendum. Cap. L I X.

Sup. eod.  
cap. 21.

**Q**uibus Monasterijs, de vicinorum, præsertim religiosorum, prospectu tælo, ita caueri non potest, sicut Concilio Provinciali primo in summo est, orum fenestræ, si lumen excipi aliunde licet, obstruantur: Sin minus, ab illa seruitute defendatur operis structura, in instructionibus nostris demonstrata, quæ in porticibus item, quas logias dicunt, ab eadem seruitute mendis adhibeatur.

Horti monasteriorum nimis lati qualiter restringendi.

Cap. L X.

**H**orti, qui in Monasterij monialium ample nimis patent, quotidianaq; hominum opera atque cultura opus habent; ubi fieri potest, in angustiores fines concludantur.

Pro apertura, quæ sine Episcopi licentia in septis cuiusvis monasterii haberi nequit, qualis cautio adhibenda.

Cap. L X I.

**N**E fenestra, in vlllo cuiusvis ordinis monialium monasterio, etiam regularium iuri, curæ ve subiecto, ne ve ostium vllum, aliud ve id generis foramen, vnde aliquis extra monasterij claustra prospectus sit; pateat, aperiat ve, sine Episcopi, cui monasteriorum omnium clausura commendata est, concessu. Nec verò id ille permittat, concedat ve, nisi ubi locum diligenter inspexerit, & ita fieri necessarium censuerit. Tuncq; ad impediendum, at cendum ve eū prospectum illa ipsa cautio, supra mox prescripta, adhibeatur.

Pro necessitatibus monasterii ingredientibus quæ tantum assistant. Cap. L X I I.

**M**inistris, quibus ob necessariam causam monialium septa ingrediendi facultas aliquando datur, illæ solum moniales, quas præfœcra delegari, imperent; aliq; verò præterea nullæ quicquam illis iubeant, vel alloquantur.

Moniales, quæ videri poterunt ab extraneis, qualiter operta facie stabunt: Quando plures medici concedantur.

Cap. LXIII.

**M**oniales, cum in eoloco, ubi ab alijs, qui foris sunt, etiam à Concionatore, aut à superiore videri possunt. sermoni, cōcionive intersunt; omnes facie sint operta, & contacta uelo, usq; ad os deducto.

Idem præsent, quæ cuiusvis, etiam medico, aut superiori monasterij septa ingredienti, obuiam procedunt, uel illum excipiunt, deducunt ve.

Probentur ab Episcopo medici aliquot, quos, concessu etiam monasterij superiorum, intra illius septa adhiberi liceat; si quando præter medicum ordinarium, alios etiam morbi grauitas requirit.

Furnus qualiter in monasterijs habendus; & non à quoquam viro exercendus. Cap. LXIII.

**I**n vnoquoque monasterio furnorum, in quibus panis coquatur, usus introducatur, ut pistori bus, eorumq; ministris ingressus in monasterium prohibeatur omnino. Nec uerò uir quisquam ad furnum purgandum, inflammandum ve, aut ad aliud quicquam faciendum, quod à monialibus fieri, agi ve potest, introducatur.

Fructus, flores ve, ut vendantur, non habendi. Cap. LXV.

**F**ructuum, florum ve uasa in monasterijs nullo modo teneantur, eos vel fructus, vel flores uendendi causa.

Offulæ quoque, & similia ne ad externum usum intus conficiantur.

Cap. LXVI.

**O**FFULAS, & alia huius generis, non modò donandi, ut iam uetitum est, sed etiam uendendi causa, à moniali, aut monasterio confici ne liceat.

Supra  
co. c. 72.  
§. Mo-  
niales. 7

Quando moniales non per se ad monasterium, sed alibi per alios eleemosynam dabunt. Cap. LXVII.

**A**BSTINEAT monialis à muneribus dandis. Eleemosynam uerò per rotam, portam ve monasterij dari uetitum sit omnino; quoniam inde non leuia pericula, uel damna potius extare compertissimum est: sed quibus monasterijs pro ratione facultatum eleemosynam dare permissum erit ab Episcopo, alio ve superiore, ab illis detur pecunia, frumentum ve, aut aliud eiusmodi pijs aliquibus uiris, præsertim uerò locorum piorum curatoribus, qui pauperibus distribuunt alio loco, quàm apud monasteria.

Quæ aro,

Quæ aromataria tantum foris medicamenta pretio dabit.

Cap. L X V I I I.

**M**edicamenta, si quæ Episcopus, aut alius superior uendi, aut foras dari permiserit, ab aromataria seniore solum dentur; & ab aliis præterea nulla: nec verò priuato, sed monasterij nomine, vendantur, dentur ve.

Moniali foris mederi non permittitur. Cap. L X I X.

**M**oniali nè liceat ijs, qui extra claustra sunt, uel medicamenta parare, præbere ve, uel manum medendi causa admonere, uel remedia exponere, uel aliud quicquam ad rem medicam pertinens exercere.

Caminus, qui obstruendus. Cap. L X X.

**C**aminus, si quis in priuatis cellis extructus est, perpetuo ita obstruatur, ut in eo ignis accendi nullo modo queat.

Vbi aliqua sunt obstruenda, etiam cardines euellantur.

Cap. L X X I.

**C**um verò fenestra, uel ostium, uel caminus obstruitur, illius cardines, si euellantur, ut non ad tempus, sed ad perpetuitatem id actum sit. Idem in fenestris, ostijs, & caminis iam obstructis, seruetur.

Infirmaria ubi non extat, quamprimum ædificanda, & quæ ibi morerentur, uel ne. Cap. L X X I I.

**C**ommunis ille curationis ægrotantium locus, quem infirmariam uocant, ubi adhuc ex ædificatus, extructus ve non est, quam citissime potest, constituatur, extruatur, ædificetur ve. Extra cuius loci fines monialis ægrotans ne cubet: at ualitudine recuperata illic ne diutius moretur deliciarum causa.

Vfus dormitorij communis innouandus. Extraneis intus, monialibus foris, sepultura prohibetur. Cap. L X X I I I.

**A**niquus, & probatus communium dormitionis locorum usus, ubi fieri commodè potest restituatur, & ad pristinam consuetudinem reuocetur. Intra monasterij septa nemini alij, nisi monialibus sepulchrum, aut sacer sepultura locus detur; sit ve. Nec verò monialium corpora extra septa efferantur ad sepeliendum.

In foresterijs monialium, qui recipi nequeant.

Cap. L X X I I I I.

**N**eminem cuiusuis status, uel conditionis hominem, neque laicum, neque Ecclesiasticum in ullo quouis monasterio monialium hospitij il-

lis, quas

lis, quas foresterias dicunt, excipi, aut ad ea siue in urbe, siue in diœcesi diuersari liceat; excepto confessorio Sacerdote, cui aliquando ob urgentem necessitatem id conceditur. In diœcesi uerò, Monasterij etiam uisitori, & curatoribus, procuratoribusue, ubi interdum hoc ipsum concedendum necessarium Episcopus censuerit.

Præter Missam, quando in exteriori Ecclesia diuina non canantur.

Cap. LXXV.

**N**ihil aliud præter Missam in exteriori illarum Ecclesia ab alijs canatur; cum uesperarum, & reliquarum canonicarum horarum officia ab ipsis monialibus cani possint.

Locus communis uestium, & operum habendus. Cap. LXXVI.

**I**n unoquoque monasterio, ubi neq; locus communis uestium, neq; alter est item, in quo operibus elaborandis moniales exercentur; uterq; , quam primum fieri potest, constituatur, construaturue.

Extra dictum locum quæ elaboranda monialibus prohibentur.

Cap. LXXVII.

**N**e monialis, in tricibus exceptis, alibi quàm loco operibus elaborandis constituto, acupingat, aliudue quicquam manibus elaboret.

Liber rationalis operum habendus. Cap. LXXVIII.

**L**ibrorum, operumue Magistra librum certum habeat, in quo quicquid ex ijs laboribus lucri, emolumentive capitur, enucleatè ita præscribat; ut cerni facillè queat, si quid in ea re desideretur.

Qualiter magistra laborum operas accipiat, & restituat, in eorumque loco quid legatur, & à quibus caueatur.

Cap. LXXIX.

**I**n operibus, uel accipiendis, uel restituendis, nulla alia monialis se ingerat, nisi laborum magistra: cui secum aliquando, cum necesse erit, aliquam monialem, operis alicuius conficiendi usu peritiorē adhibere liceat.

Illud porrò quoad eius fieri potest, cauendum erit, ut in Monasterio nè sint multiplicia, diuersiq; generis opera manuum, seu laboreria.

Quæ & ubi, & non alibi indumenta erunt asseruanda.

Cap. LXXX.

**I**n loco uestiario indumenta cuiusuis generis, uestesq; omnes asseruentur.

Nec in cellulis, aliove loco priuatim, reponatur quicquam, custodianturue, quod eo ipso tempore necessarium non sit.

Quæ



Quæ penès se pecunias habuerit, præfecta si concesserit, & quæ sciens non denuntiauerit qualiter puniantur.

Cap. L X X X I.

**M**onialis nummos, ne modicos quidem, apud se quouis nomine ne habeat; neque de Præfecta etiam consensu, nisi officij, quod gerit, ratio aliter postulat: Alioquin, ut proprietatis rea puniatur. Quam penam, & Præfecta, quæ id ullo modo, ullo ve prætextu permiserit, & monialis item subeat, quæ rescuerit, nec Præfecta bidui spatij, aut, si hac in culpa sit, superiori, quamprimum potuerit, non denuntiarit.

Quæ religiosa, ac sanctè instituta qualiter introducenda, & sectanda. Cap. LXXXII.

**C**retur omnino, ut exquisita illa, ac religiosa communis vitæ ratio, atque usus in Monasterio studiosè introducat; ut quæ, spiritalis vitæ sanctæque institutionis disciplinam, ac studia moniales sectentur diligenter.

Rationes qualiter repetendæ, & quantitas rerum pro victus sustentatione ab Episcopo præscribenda. Cap. LXXXIII.

Supra  
co. c. 10.

**S**ingulis annis, ut supra iussum est, impensarum, quæ in victum, aliumque monasterij usum erogatæ sunt, rationes per eos, quorum interest, a Præfecta repetantur. Quantum uerò, & tritici, & uini, & obsonij, & aliarum rerum, ad anniuersarij victus, sustentationem unicuique Monasterio satis esse Episcopus existimarit, id ipse accuratè præscribat. In ea autem præscripta dispensatione, administratione ue si præfecta negligentem se præstiterit, ab officij sui munere suspendatur.

Quod es sine curatorum, & Episcopi permisso non contrahatur. Cap. LXXXIIII.

**A**es alienum, quod quinquaginta nummorum aureorum summam excedat, ne in ullo monasterio contrahatur, sine suorum curatorum permisso, concessive, qui in magni momenti rebus Episcopum consulant.

A secularibus negotijs abstineant. Quomodoque sua bona locent. Cap. LXXXV.

Vid. sup.  
cod. tit.  
c. 11.

**N**e secularibus negotijs moniales se implicent; utque simul multis fratribus, ac detrimentis occurratur, hoc sedulo Episcopus curet, ut illorum prædia locentur, idque sub hasta auctione facta; nisi aliter quomodoque expedire censuerit.

*Aliena*

Alienæ fruges ne in monasterijs afferuentur.

Cap. LXXXVI.

**A**d tuendam etiam clausuram ea cautio adhibeatur, ut neq; triticum, neque aliæ fruges, neque annona in ullis monasterijs, præterquam ad monasterij usum, & necessitatem afferuetur.

Curatores alijque monasterijs constituendi, & eis munerum qualitas præscribenda. Cap. LXXXVII.

**M**onasterij uniuscuiusq; curatoribus, procuratoribus, patronis, defensoribus certæ regulæ præscribantur; ex quibus cognoscant singulas muneris sui partes. Ij uerò curatores, & id generis Miniſtri ab Episcopo singulis Monasterijs, curæ suæ subiectis, illos non habentibus, constituantur, ita tamen, ut eiusdem Episcopi arbitratu à muneris illius cura omnes, & singuli semper amoueri queant.

Bonorum monasterij non alienandorum in scio Episcopo: inuentarium eidem deferendum, qualiter fiat.

Cap. LXXXVIII.

**B**onorum, & iurium omnium, ad Monasterium quodcumq; etiam regularibus subiectum pertinentium, inuentarium, probabili forma præscriptum; sex mensium spatio, ad Archiuum Episcopale ab ijs, quorum interest, deferatur, nè fraus ullo modo fiat, numero monialium ab Episcopo præfinito. Quamobrem si quas etiam alienationes eorum bonorum, iniuriamq; fieri deinceps contigerit, de ijs Episcopus certior fiat.

Vid. sup.  
cod. tit.  
c. 11.

An puella potius ex curiositate quàm pro religione ingredi velit animaduertatur. Cap. LXXXIX.

**C**um puella Monasterium ingredi postulabit, ut locum ubi profiteri cogitet, illa inspiciatur; primò studiosè, diligenterq; cognoscatur, an uerè id illius propositum, anq; illud curiositate tentet, nec propterea per monasteria plura vagari permittatur.

Pro puellis ad alia, ac ad professionem recipiendis, à monialibus, etiam regularibus subditis suffragia occultè ferantur. Cap. XC.

**P**uella cum ad cetera, tum ad professionem recipiantur monialium suffragijs occultè latis. Idq; ipsam ex Concilij Prouincialis primi decreto, quod auctoritate literarum Pij Quinti Pontif. in monasterijs etiam regularium iuri, curæq; subiectis planè seruetur.

A quibus

A quibus vestibus moniales abstineant. Cap. XCI.

**N**E moniali cuiusvis ordinis albas, & vestes aliave indumenta, Missæ sacrificij vsui dicatas induere liceat.

Confessarij, alijque Sacerdotes, ne quid à monialibus quibus inferuiunt accipiant. Cap. XCII.

**C**onfessarij, & cappellani item Sacerdotes monialium, & Ministri præterea, quos illarum curæ Episcopus prefecerit, quicumque sint, ne munus ullum, ne minimum quidem, nec uerò esculenta poculentave ab illis ullo nomine neque publico, neque priuato capiant, accipiantve, pœna proposita eiusdem Episcopi arbitrari irroganda. Neque præterea quicquam capiant dono, ea specie, prætextuue datum, quod res eiusmodi sint, quæ Ecclesiastico usui inseruiant, qualia sunt corporalia, purificatoria, indumenta clericalia, sacræ imagines, & alia id generis.

Nec quidem operas earum accipiant. Cap. XCIII.

**N**E uerò item aliud, manuum opere elaboratum, artificiose confectum, ab illis accipiant, ac ne laborem quidem, opusue, quod in uestribus, uel purgandis, uel faciendis, uel reficiendis ponitur.

Missas celebrandas quæ tantum committant; cum quibusve tantum Sacerdos colloquatur. Cap. XCIII.

**C**aveant item Cappellani Sacerdotes, ne ab ulla moniali priuati, sed à Monasterij Præfeta, aut ab illa, quæ sacristia præposita est, munus Missas celebrandi suscipiat. Cum qua præfeta præposita ue solum, nec uerò cum alijs monialibus colloquantur cum de rebus scilicet, quæ ad suum munus solummodo pertinent.

Idemque hoc de genere toto à monialibus seruetur, pœna tum illis, tum Cappellanis proposita Episcopi arbitrio.

Quando deseruientibus in diuinis tantum pecunia pro stipendio erit. Cap. XCV.

**Q**uibus uerò confessarijs, Cappellanisue Sacerdotibus aliquid annui stipendij ad uitæ sustentandæ usum Episcopi permisso dandum uidebitur: id omnino certa pecuniæ summa detur, nisi aliquando Episcopus aliter conceperit, nempe loco pecuniæ, uel triticum, uel uinum, uel aliquid eiusmodi dari.

Exploratores monasteriorum pro diebus festis qualiter deligendi. Cap. XCVI.

**V**IRI aliquot pijs, ydemque solertes, ab Episcopo deligantur, qui, festis præsertim diebus, monialium Monasteria, etiam regularium inri,

reue su-

rave subiecta adeant, forisq; undiq; percipiant, si quid contra quam de illis prescriptum est, fiat, agaturve; anq; quisquam sit, qui facultate non impetrata, cum illis colloquatur.

Monasterij noui septa qualiter, & cum viridario construenda, & aliorum ad eam formam reducenda.

Cap. XC VII.

**S**I quando nouum monialium Monasterium constructur, hoc in primis curabitur, ut nulla fenestra, nullaue specula, aliud quam intus monasterij septum spectet. Quod septum non simplici pariete, sed ipsis claustris, porticibusve claudatur.

In eius autem septi medio Viridarium magna ex parte constitui poterit.

Ad huius formae modum Monasteria, quae iam exedificata sunt, quo ad eius fieri poterit, accommodari, reconcinnariue, id Episcopo curae sit.

Episcopus, monasteriorum, etiam regularibus subditorum claustram qualiter curet, & moniales illam violantes puniat.

Cap. XC VIII.

**E**Piscopus euigilet pastoralis sollicitudine, ut non modò in Monasterijs suae curae, iurisque subiectis, uerum in illis, quorum curationi regulares cuiusuis ordinis praesunt, clausura omni ex parte, ut diligentissime fieri potest seruetur, propositis etiam Tridentini eiusdem Concilij, & arbitrij sui penis.

Contra moniales item, & illas etiam, quarum curam, regulares gerunt; si quando de clausura finibus exierint, facultate à Sede Apostolica non impetrata, censuris Ecclesiasticis, alijsq; iuris remedijs agat, prout de re esse uiderit.

Cum licebit, quomodo moniales de vno ad aliud monasterium transferantur. Cap. XC IX.

**S**I quando, moniales, legitima facultate, ad aliquod monasterium transferri contigerit, eam curam, cogitationemq; Episcopus suscipiat, ut quae à paucissimis conspiciantur bene mane, sub auroram. s. à uiribus atate, morumq; honestate grauilis, cognationemq; propinquiorebus eo deducantur.

Licentia ingrediendi non abutendum. Cap. C.

**C**Aueant, qui ab Episcopo, superioreue facultatem habent ingrediendi monasterium, ne pro libito intra eius septa, datae facultatis pretextu ingrediantur, sed tunc solum, cum ugens necessitas deposcet, ut ne ex Sanctissimi Pont. Gregorij XIII. sanctione, excommunicationis poenam statim subeant, à qua, nisi per Sedem Apostolicam absolui non possunt, uel ab ea facultatem habentem specialem.

Sub dat.  
Idib. Iū.  
1575.  
in Bul. in  
ter istius  
Pontif.  
Const.  
nu. 36.  
fo. 1238.  
cit. et  
sup. eo.  
cap. 23.  
omnino  
viden.

Quando,

A quibus vestibus moniales abstineant. Cap. XCI.

**N**E moniali cuiusvis ordinis albas, & vestes aliave indumenta, Missæ sacrificij vsui dicatas induere liceat.

Confessarij, alijque Sacerdotes, ne quid à monialibus quibus inferuiunt accipiant. Cap. XCII.

**C**onfessarij, & cappellani item Sacerdotes monialium, & Ministri præterea, quos illarum curæ Episcopus præfecerit, quicumque sint, ne munus ullum, ne minimum quidem, nec uerò esculentæ poculentæve ab illis ullo nomine neque publico, neque privato capiant, accipiantve, pena proposita eiusdem Episcopi arbitratur irroganda. Neque præterea quicquam capiant dono, ea specie, prætextuæ datum, quod res eiusmodi sint, quæ Ecclesiastico usui inferuiant, qualia sunt corporalia, purificatoria, indumenta clericalia, sacræ imagines, & alia id generis.

Nec quidem operas earum accipiant. Cap. XCIII.

**N**E uerò item aliud, manuum opere elaboratum, artificiosè confectum, ab illis accipiant, ac ne laborem quidem, opusve, quod in uestribus, uel purgandis, uel faciendis, uel reficiendis ponitur.

Missas celebrandas quæ tantum committant; cum quibusve tantum Sacerdos colloquatur. Cap. XCIII.

**C**aveant item Cappellani Sacerdotes, ne ab ulla moniali priuati, sed à Monasterij Præfecta, aut ab illa, quæ sacrificiæ proposita est, munus Missas celebrandi suscipiat. Cum qua præfecta propositæve solum, nec uerò cum alijs monialibus colloquantur cum de rebus scilicet, quæ ad suum munus solummodo pertinent.

Idemque hoc de genere toto à monialibus seruetur. pena tum illis, tum Cappellanis proposita Episcopi arbitrio.

Quando deseruientibus in diuinis tantum pecunia pro stipendio erit. Cap. XCV.

**Q**uibus uerò confessarijs, Cappellanisve Sacerdotibus aliquid annui stipendij ad uitæ sustentandæ usum Episcopi permissu dandum uidebitur: id omnino certa pecuniæ summa detur, nisi aliquando Episcopus aliter conceberit, nempe loco pecuniæ, uel triticum, uel uinum, uel aliquid eiusmodi dari.

Exploratores monasteriorum pro diebus festis qualiter deligendi. Cap. XCVI.

**V**IRI aliquot pij, ydemque solertes, ab Episcopo deligantur, qui, festis præsertim diebus, monialium Monasteria, etiam regularium iuri, cu-

ræve subiecta adeant, forisq; undiq; percipiant, si quid contra quam de illis præscriptum est, fiat, agaturve; anq; quisquam sit, qui facultate non impetrata, cum illis colloquatur.

Monasterij noui septa qualiter, & cum viridario construenda,  
& aliorum ad eam formam reducenda.

Cap. XC VII.

**S**I quando nouum monialium Monasterium constructur, hoc in primis curabitur, ut nulla fenestra, nullaue specula, aliud quam intus monasterij septum spectet. Quod septum non simplici pariete, sed ipsis claustris, porticibusve claudatur.

In eius autem septi medio viridarium magna ex parte constitui poterit.

Ad huius formæ modum Monasteria, quæ iam exedificata sunt, quo ad eius fieri poterit, accommodari, reconcinariue, id Episcopo curæ sit.

Episcopus, monasteriorum, etiam regularibus subditorum clausuram qualiter curet, & moniales illam violantes puniat.

Cap. XC VIII.

**E**Piscopus euigilet pastorali sollicitudine, ut non modò in Monasterijs suæ curæ, iurisq; subiectis, uerùm in illis, quorum curationi regulares cuiusuis ordinis præsent, clausura omni ex parte, ut diligentissimè fieri potest seruetur, propositis etiam Tridentini eiusdem Concilij, & arbitrij sui pænis.

Contra moniales item, & illas etiam, quarum curam, regulares gerunt; si quando è clausuræ finibus exierint, facultate à Sede Apostolica non impetrata, censuris Ecclesiasticis, alijsq; iuris remedijs agat, prout è re esse uiderit.

Cum licebit, quomodo moniales de vno ad aliud monasterium transferantur. Cap. XC IX.

**S**I quando, moniales, legitima facultate, ad aliquod monasterium transferri contigerit; eam curam, cogitationemq; Episcopus suscipiat, ut quæ à paucissimis conspiciantur bene mane, sub auroram. s. à uiris etate, morumq; honestate grauilis, cognationeq; propinquioribus ed deducantur.

Licentia ingrediendi non abutendum. Cap. C.

**C**Aueant, qui ab Episcopo, superioreue facultatem habent ingrediendi monasterium, nè pro libito intra eius septa, datæ facultatis pretextu ingrediantur, sed tunc solum, cum ugens necessitas deposcet, ut nè ex Sanctissimi Pont. Gregorij XIII. sanctione, excommunicationis pœnam statim subeant, à qua, nisi per Sedem Apostolicam absolui non possunt, vel ab ea facultatem habentem specialem.

Sub dat.  
Idib. Iii.  
1575.  
In Bul. in  
ter istius  
Pontif.  
Conf.  
nu. 36.  
fo. 1238.  
cit. Et  
sup. eo.  
cap. 23.  
omnino  
viden.

Quando,

Quando, etiam monialium habentibus curam ingressus interdicitur. Cap. CI.

**N**E pretere a religiosis hominibus septa monasterij, etiam suę cura commissi ingredi liceat, ne ea quidem causa, ut testamentum, qui in monialium Ecclesia, uel sepelliri, uel anniuersaria quot annis agi uoluerunt, pie uoluntati satis faciant; sed quę anniuersaria ex testamento debentur, in earum exteriori Ecclesia præsentent.

Nec prætextu processionis, & cubiculorum benedictionis agendę ingredi licebit. Cap. CII.

**N**E uerò processionis, in solennitate Corporis Domini agendę causę, confessarius sacerdos, aut alius superior eđ ingrediatur. Neq; item causę, uel monialium cubiculis benedicendi, uel ea, locaue monasterij aqua benedicta aspergendi.

Nec quidem sacri uestitus, aut professionis, uel Sacramenti Confirmationis causa ingredi licebit.

Cap. CIII.

**N**EC etiam cum uestitus sacer puellis tradendus est, uel illa ad professionem admittenda sunt, uel ministrandum Sacramentum Confirmationis, Episcopus superiorue tam regularis, quàm secularis, aut confessarius, aliusue ad septa monasterij introeat: sed in Ecclesia exteriori, ubi Sanctissimę Euchariștię Sacramentum ad fenestellam ministratur, hæc illis, uel puellis, uel monialibus in Ecclesia interiori manentibus, præsententur.

Nec superioribus pro Missa celebranda, sed cum monialis erit consecranda licebit. Cap. CIIII.

**N**Eque Missę celebrandę causę ad interiorem Ecclesiam, monasterijue septa, Episcopus, superiorue introeat unquam; nisi tantum cum Præfata monasterij, aut alia monialis consecranda est, tuncq; ne moniales egrediantur, sed is adiunctis etiam, quos ad ministerium conficiendum necessarios habet, ministris introeat licet, intus Missam celebret, ritumq; consecrandi adhibeat, ad Pontificalis libri præscriptum.

Ne quicquam quo moniales scribere valeant penes se teneantur, & si necesse, ut scribant quid agendum.

Cap. CV.

**M**onialis ne atramentarium calamum, aliudue cuiusuis generis instrumentum, quod ad scribendum usui sit, in cella, alioque loco priuatim habeat. Quod si quando scribere necesse habet, id ne faciat, nisi præfate concessu.

*Hæc verò ne facile concedat, permittatve, sed explorata, perspectaq; scribendi causa, eaq; gravi, & necessaria, facultatem det de atramentario, cæterisq; ad descriptionem necessarijs accommodet: quæ ubi monialis adhibuerit, quamprimum præfectæ restituat, simulq; rectè ostendat, quæcunque scripserit.*

## C A P. CVI.

**M**oniales, libros cuiuscunq; generis apud seminimè retineant, nisi quos Episcopus, uel is, cui id curæ dederit, scripto approbarit.

Nouitiæ antequam professionem emittant qualiter interrogandæ. Cap. CVII.

**C**VM nouitiæ, antequam professionem præstent, voluntatem Episcopus pro facultate, sibi decreto Tridentino data, explorare volet, hoc agere ei liceat loco, ubi crates monasterij sunt, nec propterea à sæptis illa egrediatur nisi causa sit, probabilisve eiusdem Episcopi iudicio, suspitio quamobrem potius esse censuerit, ut alio loco eius uoluntas perquiratur: tuncq; uel in Ecclesiam monasterij exteriorem, uel in aliam proximã, prout commodius decentiusve fieri uiderit, illam perducere iubeat. Quia in Ecclesia, præsentibus matronis duabus, etate grauib; honestis, & nouitiæ gradu cognationis, quantum potest, propinquioribus, quas ipsa aut moniales delegerint, eius animum uoluntatemq; Episcopus rectè indaget, loco paulo remotiori, ita ut quæ adsunt matronæ uidere, non tamen auribus percipere possint indagacionem, responsionemve.

Sess. 25.  
de Regu.  
cap. 27.  
Vid. sup.  
co. c. 14.

Qui liber ritualis puellas induendi, & professionis habendus sit. Cap. CVIII.

**V**T & in puellis, moniali uestitu induendis, & in admittendis ad professionem nouitijs, unus idemq; ritus in omnibus monasterijs adhibeatur, liber de eo ritu à Sanctæ memoriæ Cardinali editus omninò seruetur.

Præfecta, puellam non legitimè examinatam, ut uestiatur, uel profiteatur admittens qualiter puniatur.

## Cap. CIX.

**S**I quæ monialium Præfecta, earumq; superior regularis Virginem aliquam non explorata per Episcopum illius uoluntate, examineve adhibito, religiosum uestitum suscipere, aut professionem conficere permiserit; ab ipso Episcopo seuera pœna afficiatur.



Qua proposita pœna nullus sine licentia, ad monasteria monialium accedat eiusque septa ingrediatur.

Cap. C X.

Vide supra co. c. 26. vbi parêtes, & fratres excipiuntur. Sef. 25. d. Reg. c. 5. ver. Neminus autem. Constitutio- nes boni Pô. vtantur sup. co. c. 22. 23. 24. & c. 100. Hanc solus Eps vel Vic. eiusdem gñalis, vt infra eo. c. 120 cõcedere potest.

**N**E quis clericus, laicusve cuiuscunq; generis, ordinis, conditionis, sexus, ætatisve sit absque Episcopi, aut eius Vicarij concessu literis exarato, ad monialium monasteria quouis pretextu, causave, ac ne eo quidem nomine inuisendi, alloquendiue puellas tantum, quæ ibi educantur, unquam accedat, propositis pœnis, & censuris arbitrio Episcopi. Ne quis item absque eiusdem Episcopi facultate scripta, intra septa Monasterij monialium, in posterum ingredi audeat. Si quis contrafecerit excommunicationis pœnam ipso facto subeat, ex Concilio Tridentini Apostolicarumq; sanctionum, quas summi Pontifices Pius Quintus, & Gregor. XIII. eo nomine ediderunt, præscripto. A qua excommunicatione non ab alio nisi à summo Pontifice Romano, absolui possit, vel de eius facultate.

Qui licentiam accedendi ad monasteria monialium concedere nequeunt. Cap. C XI.

**N**E in posterum aliquis Ecclesiasticus, secularis, regularis, aut laicus quacunque auctoritate, dignitateve præditus, cuiquam homini Ecclesiastico etiam regulari, aut laico facultatem ad monialium Monasteria accedendi, ne colloquendi quidem gratia concedat; nec verò Monasterij septa ingrediendi potestatem faciat, quavis consuetudine, statuto, lege, priuilegijsve, etiam sedis Apostolicæ auctoritate, ante Concilij Tridentini promulgationem roboratis, & communis non obstantibus. Si quis contra commiserit, pœnam excommunicationis ipso facto subeat, aliasq; arbitrio Episcopi.

Præfecta, vel quæuis monialis, quæ aliquem sine legitima licentia ingredi monasterium, vel foris ad collutionem permiserit qualiter puniatur. Cap. C XII.

**A**Batissæ, Priorissæ, & aliæ moniales, quæ Ecclesiasticos, aut laicos homines, quavis causa pretextuve, intra Monasterij septa absque Episcopi concessu literis consignato, ingredi permiserint ipso facto excommunicationis pœnam subeant, à qua, ex sanctionis Gregorij XIII. præscripto non possit, nisi à summo Pontifice absolui, præter alias pœnas eadem constitutione propositas. Quæ verò moniales absque Episcopi concessu scriptis exarato, quemquam, vel marem, vel feminam, contra quam supra præscriptum est, ad colloquationem, rotarumve loca admiserint, biennio multatæ sint suffragio omni. Si verò iterum in hoc genere deliquerint, arbitrio Episcopi puniantur, tunc deinceps si iterum offenderint, excommunicationis etiam pœnam ipso facto subeant.

Licentia

Licentiæ omnes accedendi, vel ingrediendi monasteria qualiter asseruandæ, & Episcopo exhibendæ.

Cap. CXIII.

**P**refecta autem Monasterij facultates omnes scriptas, quas vnusquisque exhibuerit, siue de accedendo ad Monasteria, siue de ingrediendo illa sint, accuratè asseruet; Episcopoq; clausuram uisitanti, & aliàs quoties postulabit, exhibeat, vt eas cum libro, quod registrum nuncupatur conferre possit.

Episcopus in uisitatione, moniales etiam regulares qualiter pro clausura interrogabit. Cap. CXIIII.

**E**piscopus autem, cum clausuras monialium, etiam earum quæ regularium, curæ, iurisdictioniq; subiectæ sunt, uisitabit, de clausuræ custodia, & decretorum, quæ ad eam rectè tuendam, quouis modo pertineat, usu atque obseruatione, moniales, etiam singulas, vt opus esse uiderit, diligenter interroget.

Collocutionum locus, qualiter clauis per præfectam seruanda claudatur. Cap. CXV.

**C**ollocutionum loca in monialium Monasterijs, tam intrinsecus, quam extrinsecus constituta, clauis clausa perpetuò sint, nisi cum ibi quis est collocutionis causa ex facultate legitima. Clauis autem apud Præfectam custodiatur.

Quando alia clauis confessorio consignanda locus collocutionum foris occludatur. Cap. CXVI.

**V**t autem quod de uetito ad monialium Monasteria accessu cautum est, certis diebus iure seruetur, clauis etiam adhibeatur ostio loci exteriori collocutionum in monasterijs; quæ clauis, noctu præsertim ab Episcopo committatur Confessorio, alij uero pio uiro arbitrato suo. Is uero illis diebus ne aperiat, neue clauem aperiendi tradat, nisi facultatem Episcopi scriptam exhibenti.

Quando etiam pessulo clauisq; alicui fido committenda, fores quæcunq; exterius obserentur. Cap. CXVII.

**Q**uo autem sanctior huius clausuræ cautio adhibeatur, Episcopus, ubi expedire censuerit pessulum, uetem uero ostijs singulis clausuræ ab exteriori parte claudendum apponi mandet arbitrato suo, clauemq; noctu præsertim ei committat, quem fidum, probum, aptumq; esse iudicauerit.

Quavis ex causa monialis, vt criminibus obuietur, è clausura ne educatur. Cap. CXVIII.

**O**ccasione correctionis, pœnitentiæ seu examinis, in causis etiam criminalibus, & grauioribus, monialis, è clausura ne educatur, etiam si in aliud monasterium, locumve pium conducenda, ne ad breue quidem tempus.

Facultas ingrediendi in scriptis habenda, nisi cum Episcopo ingrediatur. ea quæ vt concedatur soli Vicario generali demandari poterit. Cap. CXIX.

Vid. sup.  
eo. cap.  
112.

**F**acultas ingrediendi septa Monasterij nulla detur nisi in scripto, neque verò quæ sine scriptis concessa est, cuiquam suffragetur, nisi quando vnà cum Episcopo is Monasterium ingreditur. Episcopus autem solummodo, ac nullo modo Vicarius generalis, hanc potestatem faciat, nisi speciatim ei Episcopus auctoritatem delegauerit, qua alijs ingrediendi facultatem dare possit, atque Episcopus quidem, eam auctoritatem minimi alij demandet, nisi Vicario tantum generali, ac neque ei item cum ipse præsens est.

Prælati omnibus in subditis monasterijs, quando & cum quibus ingredi liceat. Cap. CXX.

**E**piscopi, & Prælati omnes tam seculares, quàm regulares, quibus monasteriorum monialium, quouis modo cura concredita est; facultate sibi ex officio data, in ea ingrediendi ita demum vtantur, ut scilicet cum necessaria causa vrget ingrediantur, paucosq; comites, & eos quidem seniores, ac religiosos homines secum adhibeant; pœnas, ac censuras Gregorij XIII. constitutione ipso facto inflictas, subeant, quam constitutionem accuratè seruent inferius impressam.

Hæc cõ-  
stit. editi  
fuit die  
23. Decem-  
b. 1581.  
Incipit  
Dubijs  
in Bull.  
Iter isti  
Pontif.  
Const.  
nu. 75.  
to. 1308.

## DE MULIERIBVS CONVERTITIS. Tit. XXXVI.

Vt mulieres conuertitæ recipiantur, & professionem emittant aliarum maior pars sufficit, vt consentiant.

Cap. I.

**R**EGULAE, constitutionesve speciatim editæ de pœnitentijs mulieribus, quæ professionem emittunt, seruentur, nè in ijs recipiendis consensus duarum partium monialium requiratur, ut Concilio Prouinciali primo sancitum est: id quod in alijs solum monialibus locum habere hoc loco declaratur, sed maior pars satis sit etiam in professione emittenda.

Numerus

Numerus ipsarum non constituendus, & eleemosynæ pro earum vi-  
ctu qualiter expendendæ. Cap. II.

**N**EC verò in earum mulierum domicilijs certus numerus constitua-  
tur; nec rursus in ijs locum habeat, quod de eleemosyna loco dotis,  
alimentive, eiusq; summa, & additione in monialium monasterijs  
prestare decretum est; sed illud in necessarijs alimenti expensis erogetur: re-  
liquum autem in alias monasterij necessitates, aut in bonorum immobilium  
emptione arbitrio superioris conuertatur.

Pro earum professione, renunciatione, & obligatione, & si dum pro-  
bantur, quid datur, vel recipitur, circave probationem,  
conuersasque habendas quid seruandum.  
Cap. III.

**I**IS mulieribus liceat professionem emittere, ea ætate, eoque temporis pro-  
bationis spatio, quibus iure communi licet, aut earum constitutionibus  
speciatim cautum est.

In earum præterea renunciatione, & obligatione, constitutiones earum, &  
earum superioris, aut ius commune seruetur.

Neque nouitiæ, si quid in anno probationis dederint, mulieresve accepe-  
rint, pœnis plectantur, nisi speciatim aliter caueatur.

Mulieres item, quas absoluto probationis anno, non habiles esse, neq; ido-  
neas ad professionem compertum est; aut si profiteri illæ recusauerint, e mo-  
nasterijs, nisi causis iure permissis, ne eijciantur. Verùm Episcopus probatio-  
nis, nouitiatusq; tempus proroget licet.

Ne verò item, quæ mulieres habiles non sunt ad officium, uel umq; ni-  
grum suscipiendum, etiam si domus illa conuersis opus non habeat, contra in-  
stitutum repellantur.

De his  
mulieri-  
bus i Co  
ci. Tolof.  
4. c. 54.  
in princ.  
Tom. 3.  
Concil.  
Trident.  
sess. 25.  
de Regu  
lar. c. 18.  
ad finē.

